Grey Scale #13

A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19

Colour Chart #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Color Black

Colour Chaart #13
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Grey Scale #13
815

rps 109

Legit hæc Acta de verbo ad verbum Albertus Carolus Mroczynski
Actu Presbiter, Philosophiæ In celeberrima Academia Cracouiensi
Baccalaureus, Publicus Sacrâ authoritate Apostolicâ et Consistorij
Sandomiriensis Notarius Actuarius quæ connotauit videatur in Regestro



Acta Actorum Ca-
sarum Propositinũ
Obligationum Quietati-
onum Sententiarum ac-
aliarum Diuersarum inscri-
ptionum Coram Kndo Dño:
Joanne Vieliczki Decano &c
Offli Sandomirien ꝛc Anno Dñi
M. DC VI Cuius Indictio Romana
10 Pontificatus SSmi in Chro Patris & dñi mi
dici Pauli diuina prouidentia Papę Quinti Año
ipsius Tertio Per me Mathiam
Borowski Cleric Diec Plocen Sac Aplica et Imperiali
authoris public Conrij ac Offlatus Sandomirien causarum et actorum Notarium felr incepti

Liber Ingesimus Octauus.

In nomine Domini Amen

Anno Dni 1606

Lunæ xiiij Augusti

Inter Plebanum et collatores Eccle in Wissoka

Nobilis Joannes Karboth procur Gnosorum Stanislai Zdziechowski et Sebastiani Koziczki patronorum Eccle parochialis in Wissoka ex districtu Radomien, proposuit verbo quomodo Venabilis Stanislaus Zagorski Præpositus in Czizow, et Plebanus in Wissoka, suscepta cura parochie in Wissoka, atq obtentis præsentone et inuestitura super ea ltime perceptis etiam fructibus ex eadem Eccla in Wissoka, temere, et nulla iusta habita causa, Ecclam ipsam deseruit, et nouam parochialem in Czizow suscepit, nulla facta resignone prioris, neq etiam eo prouiso vt habeat idoneum, et sufficientem Commendarium apud Ecclam in Wissoka. Vnde multa scandala et inconuenientia sequuntur, parochiani non confitentur, neq communicantur quando opus est, infirmi sine confessione et communione decedunt, infantuli absq baptismo moriuntur, et alia fiunt indigna, illicita in detrimentum et pniciem animæ ipsorum et pfati dni Zagorski sicuti pastoris. Petijt itaq nomine principalium suorum ipsum dnum Stanislaum Zagorski penis Canonicis corrigi, et ad residendum apud parochiam suam cogi, vel idoneum Commendarium dari, et perceptos fructus tanq non suos ad vsus Eccle conuerti; vel ad cedendum parochia in Wissoka compelli.

In prntia Venabilis Stanislai Zagorski Præpositi in Czizow, et in Wissoka Plebani citati et comparen dicentis gnalia contra, asserentisq sibi per pfatos dnos Stanislaum Zdziechowski, et Sebestianum Koziczki, quos ille negat esse patronos ltimos Eccle illius in Wissoka, fructus parochiæ interceptos esse, neq habuisse se vnde

et se, et ministros Ecclæ, et familiam suam sustentare posset, eamq; causam fuisse, cur inde discederet. Porro quod Eccla præfata sit penitus deserta, et nullum habeat Vicarium, hoc negauit ille, sed dixit se ibi reliquisse Commendarium à dno Offli Radomiensi approbatum et comendatum. Petijt itaq; se liberum pronuntiari, et sibi fructus perceptos per dnos actores restitui.

Replicauit procur actorum, Sacerdotem quidem ibi esse apud Ecclam sed inutilem et ineptum, erroresq; atq; scandala [illegible] in sacrifitio missæ, et alibi sæpe comittentem. Item dixit quia præfati dni actores sunt patroni et parochiani illius Ecclæ, interestq; illis plurimum vt ministeria ibi Ecclaica expediantur. Petijt itaq; vt sup.

Et Rndus dnus Offlis auditis ppositis et responsis, attento etiam fauore Ecclæ circa quam ministeria desiderantur, decreuit vt dnus Stanislaus Zagorski abhinc infra duas hebdomadas Ecclesiam parochialem in Wissoka resignet coram offitio, et ei renuntiet, vel de idoneo Commendario, et sufficienti, obtenta prius licentia et dispensatione à suo superiore, duas parochias possidendi, infra idem tempus prouideat sub Censuris Ecclaicis. Porro de pventibus ibi per dnos collatores ereptis, reseruatur illi salua actio coram suo offo. Quod decretum partes susceperunt. Præsentibus Nobus Joanne Jaroszki, Alberto Syradzki testibus. Et me Mathia Borowski publice Actorum Offlatus Sandm Nrio.

Lunæ XXV. Septembris.

Inter Mansionarium Sandm et P. Valentinum Barcziewski

Prouidus Valentinus Barcziewski de Szyradz socius artis Chyruricæ, Nobilis Victorini Chrzanowski Chyrurgi, et famuli Magci dni Thomæ Zamoyski de Zamoscie, pposuit verbo contra Honabilem Joannem à Mstow Mansionarium Ecclæ Collgtæ Sandomiriensis, quomodo ille duos Vngaricos aureos per puerum suum Hieronymum Niedrzwicki in circo, papyro et

bumbice alo wsle

bambice als wsleytich inuolutas, per se amissos, et postea per dictum puerum repertos, idq; die Saturni proxime preterito temere detineat, neq; eos reddere vult in graue damnum suum et periculum animae ipsius citati, cum unusquisq; in conscientia teneatur, reddere rem alienam quomodocunq; illa ad ipsum peruenerit. Petijt itaq; ipse duos Vngaricos sibi restitui.

In prntia Honabilis Joannis à Alsthow Mansionarij Eccle Collgtae Sandnien citati et comparentis, qui fassus est puerum quidem suum dictum Niedrwicki reperijsse duos Vngaricos aureos die Saturni in circo, quos ipse dnus Joannes apud se depositos habet, sed illos non ptinere ad Prouidum Valentinum Chyrurgum, sed ipsum fingere, vt possit lucrari duos Vngaricos aureos, cum illis qui eum promouent in causa hac. Cum aliter esse, conijcere non est difficile inde, dicebat enim ante se eos amisisse ext Ciuitatem. Idem dicebat quod dictorum aureorum alter erat, in quo erat signum. K. B, alter verò erat minor et circumcisus et alia asserebat idem quae erant contraria veritati. Idem dixit sibi periculum esse extradi aureos cum dictus Valentinus sit homo vagus, et sedem certam non habens. Potest enim euenire vt aliquis alius dictos aureos amiserit, et eosd repetere velit à me vel à puero dicto, quos iam acciperet Valentinus, et ita oporteret dare duplicem pecuniam, quod iniustum et licitum non est eos dari sine debita cautione. Petijt itaq; ipsum actorem ab impetitione sua repelli vt iniusta, et se liberum pnuntiari.

Replicauit Actor aureos dictos non alibi nisi in circo Sandomirien se amisisse. De signis verò aureorum non se bene notasse qualia essent. Item dixit nullum periculum futurum citati in aureis, cum non alterius sint nisi sui, quod si forte contingat vt aliquis alius dicat et fingat suos esse, et petat eos, Citatus erit semper liber ex eo quia offo et decreto mediante compulsus est ad reddendum dictos aureos. Petijt itaq; vt sup.

Et Rndus dnus Offlis auditis propositis et responsis decreuit aureos Vngaricos dicto Valentino reddendos esse, sed ea condone

quod ipse debet iuramentum praestare corporale, in hanc rotam ut se:
quitur, Quia vero duos Vngaricos aureos amiserit die Saturni proxime
praeterita, et quia essent aurei illius quos puer Niedrzwiczki inuenit, et
hoc die proxime sequen. Idem Valentinus debebit dare operam
ut possit fideiussorem statuere possessionatum, qui faciat cautio:
nem pro dno Joanne à Mstsow, quod erit securus ab impetitione
quauis aliarum personarum de dictis aureis. Post quod quidem
decretum sic latum dictos aureos duos apud offm reposuit dnus
Joannes. Praesentibus Nobus Alberto Boglowski, Joanne Biechowski
Martino Kolodziey. Et me Alberto Senterkowic. pucio Norio.

Mercurij Vndecima Octobris

Inter Praepositum, et arendatorem praedij Man:
sionariorum Coprziwnicen.

Famatus Joannes Przybelo Oppidanus et Scabinus Coprziwnicen. cum
assisten. Famati Michaëlis Latochij et Norij Coprziwnicen., et tutor
testamenti olim Venabilis Sciphij Praepti Coprziwnicen. actor, pro:
posuit verbo quomodo Mansionarij Ecclae parochialis in Coprzi:
wnicza sibi locarent praedium Skotnili dictum cum agris, et alijs
attinen., de quo produxit Intercisam inter se, et Mansionarios factam
sub sigill. et manibus illorum subscriptam, iam etiam annum esse la:
psum praefatae arendae, et se ad hoc tempus in pacifico vsu fuisse et vtr.
dixit. Nunc nescitur quo animo ipse Venabilis Simon Skarzinski Praeptus
Coprziwnicen. se impediat et inquietet in praefata tenuta, atque adeo
se possessione praefati praedij expoliauit et expoliat, in graue pre:
iuditium suum et damnum, atque ipsorum Mansionariorum Coprziwnicen.
quibus solis ius pertinet disponendi dicti praedij. Petijt itaque praefatus
actor cum assistentia praefati executoris testamenti olim Venabilis
Andreae Praepti Coprziwnicen. se circa tenutam conseruari.
Idem actor dixit causam praesentem iam ante coram offo Sandrien.
ventilatam, et iudicatam esse, arendaque sibi est adiudicata prout
id in actis Offlatus Sandrien. videre licet. Petijt itaque ut supra
se circa praefatum decretum reseruari.

In praesentia Vnlis Chij

In prntia Venabilis Christopheri Pinczouiensis artium Bacalaurei, Scholae Coprziwnicen Rectoris, procuriq Venabilis Simonis Skarzinski de qua procuratione ipse docuit priuatis lris ad dnum Offlem datis dicentis gnalia contra.

Et dnus Offlis attentis allegationibus actoris innitendo eo quod dixit causam iam fuisse iudicatam eiusmodi, nullum tamen produxit di: decretum, qui alias debuit esse paratus cum suis iuribus in iudi: tio, quo tn non obstan conceditur dillatio ad primam iuris vgt diem Veneris utriq partium. Prntibus Famatis Alberto Po: ladniowic Notario Aduocatial Sanctrien Michaele Latochio Notario Coprziwnicen Christophero Pinczouien Et me Alberto Senterkowicz Notario publico.

Veneris iij Nouembris.

Roboratio Aresti. Executoris testamenti Fam olim Margarethae Worowatczina C Sanctr

Famatus Joannes Pannitonsor et Ciuis Sanctrien et Executor testamenti Famatae olim Margarethae vxoris ltimae Famati Chri: stopheri Worowatka Sutoris et Ciuis Sanctrien suo et coexecutoris sui Famati Joannis Leobialka nomine constitutus persnlr cor Rndo dno Offli, iux exigentiam termini hodierni ex citatione prouenien, in contumatiam omnium et singulorum ius vel interesse aliquod ad suppellectilem et res in scrinio apud Honabilem Andream Turzinski Vicarium Eccle Collgte Sanctrien depositis hntium Honabilis Stanislai Maruska quondam Vicarij eiusdem Eccle Collgte Sanctrien et produxit lras aresti ltime vt appa: rebat executis. Petijtq dictum arestum in robore conseruari.

Et Rndus dnus Offlis in contumatiam omnium et singulorum citatorum et non comparen, vltra horam solitam vesperorum expe: ctatorum ius vel interesse aliquod hntium ad res et suppelle: ctilem praefatam, dictum arestum roborauit, et in robore con: seruauit. Prntibus Nobis Benedicto Szianiawski, Joanne Jarogla testibus. Et me Mathia Borowski publico Actorum Offlatus Sanctr Notario

Nouembris 1606

Lunæ vj Nouembris

Inter D. Adamum Michalkowic et Hon. Zophiam Stogniewowna occone sponsaliorum propo.

Honesta et pudica Zophia Stogniewowna Famatę Zophiæ coniugis Famati Bartholomei lanij Ciuis Sanctrien. filia actrix, proposuit verbo cum assisten. mris suę con. Discretum Adamum Michalkowicz de villa Wissiadlow socium laniorum Sanctrien. cittum et comparen. quomodo ille nuper cum quibusdam personis alijs veniendo in domum pfatę Zophiæ Stogniewowa mris suæ tpe alieno, et bene poti, fecerunt tractatum cu mre sua prima hora noctis sine parocho vel Sacerdote illius de sponsalijs faciendis inter pfatam Zophiam filiam, et dictum Adamum Michalkowicz, atq ibi effectum est, vt quædam sponsalia si ita mere dici possunt tum psuasionibus, tum pollicitationibus tum alijs multis verbis vanis pro parte dicti Adami adductis, effectum est, vt aliquo modo mater cum filia in sponsalia per debilitatem iuditij consentirent inconsultis amicis et alijs hominibus peritioribus, idq non sine scandalo, et contra ius commune Ecclesiacum, tum etiam contra bonum consilium et voluntatem suam tam repente factum, metuiturq ne post principium tale satis inconsultum, et indeliberatum, sequantur alia inconuenientia, et absurda in matrimonio, si ad hoc perueniretur, et in cohabitatione illorum. Petijt itaq pfata Zophia actum siue tractatum de nuptijs inter se, et Adamum quomodocunq factum vti illicitum et indebitum, nullitatem illius declarari, et ipsum Adamum propter indebitum processum in tali actu, pena condemnari.

Ex aduerso cittus Discretus Adamus Michalkowicz petijt sibi ad respondend propositioni actricis dillonem dari, et terminum ad respondend præfigi.

Et Rndus dnus Offlis petita citati concessit, et terminum ad respondend feriam secundam proximam pfixit. Prntibus Nobi-

libus

libus Benedicto Szaniawski, Joanne Jaroszki testibus. Et me Mathia Borowski public. Actorum Officialis Sanctorum Norio.

Mercurij XV. Nouembris

Inter eandem Stogniewowna et Adamum Michalkowic

Honesta Zophia Stogniewowna Ciuis Sanctorum Actrix, in supplementum propositionis suae in termino priori verbo factae produxit chartam in qua continetur pluribus verbis locupletata propositio, quam chartam petijt ad causam admitti.

Et Rndus dnus Officialis admisit. Cuius chartae tenor est talis

Rnde dne Judex.

Honesta et pudica Zophia Stogniewowna virgo, imperfectae aetatis ac rationis cum assistentia mris suae, existens mesta et solicita ex quibusdam assertis impuris et incertis sponsalibus cum Honesto Adamo adolescente quasi contractis, ad quae quemadmodum ab initio nullum ex aio probuit consensum, ita nec ad praesens consentit, neque unquam perdurare et perseuerare vult, et propterea eundem adolescentem ad Judicium R. V. Spirituale competens citari curauit, ad videndum et audiendum eadem uti inualida adnihilari, et cassari per sententiam R. V. seque liberam ab eiusmodi errore et onere sponsaliorum assertorum et non agnitorum pronuntiari. Et ut R. P. V. eo facilius cognoscere possit pro informatione Judicij, Wm takową o wszystkiem sprawę daie. Iż ona iako panienka w młodych leciech swych sierotą będąc v P. Mathiey swey ktora na then czas wdową sierotą także po smierci oyca swego pozostałą bela, nigdy o mężu niemisliela, any żadney rozmowy, any zmianky z żadnym młodzienczym, any sterazniey szim poswanym niemiała. Niektorego czasu rok themu citra vel ultra, przyszedł P. Wuiaszek iey insperate, wdom P. Mathey iey przyszedł, y znią illa ignorante tractował, P. Matka zbywała go thym że się potrzeba przyiaciol wtym pierwy poradzicz, niechcącz mu na tho pozwolicz y niepozwalała, any tha panienka; ale on tantopere instabat persuasionibus diuersis, że y P. Matka y córka niewiedziały kiedy then młodzieniecz złudzmi wnocy godzin cztery citra vel ultra wdzien Niedzielny wdom

Konarskę 1606

P. Matfiey przyszłe, y tamte rozmowy między sobą mioły, iakie y ogim rozmowy byli panienka iako lat[?] niemaiąc nieświadoma, Dawolał iey P. Duy pogał ią namawiać częścią obietnicami, częścią groźbami, przynekaz. Panienka vti erat et rōis imperfectę ignara rerum, et onerum Matrimonij ptrabata, pterrita iako świeżość niedoświadczona nauczaz laski przyiacielski rzekła P. Duiaśku ia nieumiem o sobie rozdzielić ego wola waśa, Jaraś do tego rzecz przywiodł, niedawszy any pozwoliwszy, iey na rozmyślenie, y poradzenie instich przyiaciół gaśu, y także precipitanter asserit sponsalibus irretita, ad quę illa, nec expresse, nec tacitę, nec ex animo deliberato, consilio Apparato vt sup nie: pozwalała, y niepozwala, y sine morę najaiutz in instanti vti sobie opowiedała przed przyiaciołmy, y przed ludźmy innemi, że ia na takowe rzeczowiny niezezwalała, y onich wiedzieć niechcęc, bo tego incon: uenienter et precipitanter sią działo, non suo debito tpe et ordine, sub poculis, y dla tegoś y tżen że citatur non ratificauit asserta sponsalia vt moris est, any arrham, any annullum, any teś signum aliquod obtulit, any tam kapłana miano, ktoryby takowe spon: salia confirmował, propterea citatur wiedzieć iś s tego niemiało nic bioz niezezowował, any ich ad effectum aliquem przywodził, nieupominał sie ich effectu, ale Jaśiechał, y owsem obiecał do: browolnie prześ ludzi żądnich, ex eiusmodi sponsalibus incert[?] wolną ozimę, y dla tegoś parentes et amici instantę virgine, żeby ni eo errore, et aliquo conscientię scrupulo, opinionęq hominum panna nie: bela, daby y dała pana pozwacz, aby bela ego powsi[?] wolna renuncziała, ab asserti sponsalibus incert[?] Ideś libera non coacta sponsalia, et consequentia matrimonia debent esse, et amicorum con: sensus et coactę in contractu matrimoniali nil operatur. Prosby tżeż vt sup. Saluo iure meliorandi, corrigendi, precedendi contradicendi, aliąq defensis ad causam si necessarium fuerit opportunis in toto. respectu. ꝛc.

Eadę Honestą Zofią Stogniewowną Cuius Standrieus virgo con: stituta personę coꝝ R.do dno Offo, in contumaciam partis ad suam propositionem et querelam nihil respondentis, petyt sę liberam ab

impetitione quadam

impetitione quadam sponsaliorū facta discreti Adami Michalkowicz lanij liberam pnuntiari, et dictum processum de sponsalijs inter se et dictum Adamum nullum et indebitum per sententiam declarari.

Ex aduerso discretus Adamus Michalkowicz lanio sanguicid negauit se terminum habere ad respondendū, qui quamuis fuerit assignatus, tamen propter absentiam Rndi dni Ostik die Lunae proxima lapsum exist. dixit et ideo se non teneri ad respondendū nunc, nisi forte doceret de termino ipsa actrix.

Replicauit actrix se quidem non habere documentum de termino sed tñ per dnum Surrogatum verbo fuisse dictatum ad diem hodiernam. Quia tñ negat citus se scire de termo, ideo petijt vt Rndus dnus Ostik daret executorem ad citandū ipsum citum ad statim ad respondendū &c.

Quod Rndus dnus Ostik concessit, et Nobilem Matthiam Borowski Notarium publicum designauit, qui facta executione verbo citionis statim respondit Adamus per procurem suum Jamat Joannem Gubuli Cuem sanguicid se sponsalia citime contraxisse cum Sophia Stogniewianka per verba de praesenti, negz id repente factum esse, sed ante per duas hebdomadas cum consanguineis, cum matre, et ipsa virgine tractatum habuisse, tempusq ad hoc put mos est in tali actu assignasse, id quod in charta obtulit se citius statim daturum. Propterea dictae Sophiae togniversationem non esse admittendam, quae et con conscientiam est, et con iuta, et con iuramentum, ac demiz pactionem et vadium quod interceptio interdictas psonas.

Petijt itaz eam repelli à iudicio, et pcedi ad nuptias matrimoniales.

Duplicauit actrix non ali esse, quam in proponendo dixit. In quantum aut negatum fuerit aliquid, sicuti negatur petijt se ad pbandū admitti.

Hoc id petijt pro parte sua citatur.

Et Rndus dnus Ostik partem vtramq, quantum de iure est ad pbandū admisit. Pntibus Rcobus Conrado Klosthalki, Nicolao Modzelowski testibus. Et me Matthia Borowski pub. Regio Ostiatq Sanguicidio. Quam chartam iuxta pmissum procuris sui pfatus Adamus Michalkowicz in continenti porrexit cor. offo. Cuius charte tenor est talis vt sequitur. Ego Adamus Michalkowicz lanionum socius, resecratis sibi omnibus iuris beneficijs ad causam

necessarijs, respondit sponsalia eiusmodi ltime, tpe competenti, iuxta consuetudinem in talibus seruari solitis esse facta; nam ab annis duobus

sponsalia ex parte puellae contulerat cum amicis ac consanguineis, miseratque ad matrem actricis certas personas, quae consensit et iussit ut veniret cum amicis suis, qui satisfacien voluntati et consensui tam mris, quam filiae, necnon amicorum, venit ad domum dnae Stogniewowa, ibidque in prntia proborum hominum amicorum ex vtraque parte ad obeunda sponsalia vocatorum, spontanee, libere, ex consensu vnanimi actum

sponsalia absoluerunt; de prntique sponsalia statuerunt, et manibus in maiorem certitudinem approbauerunt. qm vero pars actorea nullas ltimas causas, propter quas dirimi debeant sponsalia infert, ac commonstrat; sed simplicibus verbis inuertere ea nititur; cum vero omnis probatio sit anima iuris, ~~affectuit~~ ideo petijt ad pbandum admitti. Quod d. Offlis vt sup concessit.

Inter Olbierzouien et Wiezownicen plebanos occone certi debiti.

Venabilis Adamus Dziewieczki plebanus in Olbierzowicze et actor constitutus coi Rndo dno Offli, petijt Venabilem Thomam Staroyrzebski plebanum in Wiezownicza citum et comparen excommunicatum declarari ex eo, quia no paruit decreto Rndi dni Offlis neque psoluit septuaginta florenos, neque reddidit tapetem, et coclear argenteum.

Exaduerso citus dixit se non teneri ad psoluendum, quia actor iuramentum non prstitit sicut Rndus dnus Offlis decreuit sup debitum suum. Id dixit processum suum propter turbones in Regno in translapsum incidisse, et ideo ipsum Adamum Dziewieczki teneri ad iuramentum.

Asseruit Adamus Dziewieczki se iam liberum esse a iuramento et p Rndum dnum Offlem sibi libertatem concessam ex eo, quia in termino iuramenti dictus Adamus comparens voluit prstare iuramentum, sed quia non erat qui attentaret ex parte aduersa ideo liber pronuntiatus est.

Citatus exaduerso dixit se impeditum fuisse tpe Rohoss neque potuisse comparere coi

tuisse comparere cor Rndo dno Offli tunc ad attentandum iuramentum.
Iura enim tunc silebant tumultuante populo. Ideo petijt ut sup.
Et Rndus dnus Offlis attentis allegationibus utriusque partis, causaque in integrum restituta, decreuit iuramentum denuo faciendum in instanti.
Quod ipse dnus Adamus Dziewieczki in instanti prestitit in rotam quae est in decreto scriptis. ic Terminum aut solutionis debiti assignauit abhinc infra duas septimanas con dnum Thomam Staroyrzebski. Quod decretum ille suscepit. Prntibus Nobis Conrado Klossinski. Benedicto Szianiawski testibus Et me Mathia Borowski pucio Actorque Offlatus Sandrien Nono.

Inter eosdem Plebanos occone iniuriarum

Venabilis Thomas Staroyrzebski Plebanus in Wiezownicza ppt longam distantiam mansionis suae, et itinera lutulenta ac tempestates alias petijt sibi executorem deputari ad citandum et ad respondendum ad statim Nobilem Mathiam Borowski public Nonum, con Adamum Dziewieczki Plebanum in Olbierzowicze, quem Rndus dnus Offlis deputauit. Et dnus Thomas Staroyrzebski contra Adamum citum et praesentem proposuit quomodo sibi praefatus Dziewieczki cum apud se esset in Wiezownicza cum equis peccoribus peccudibus depabulauit sibi in anno Millesimo Sexcentesimo viginti sex cassulas auenae valoris quadraginta floren. Item dixit quod dnus Dziewieczki depabulauit sibi pratum quem sibi taxauit ad triginta floren. Idem proposuit quia praefatus Dziewieczki cum suis animalibus depabulauit sibi vnum acervum feni, quem sibi taxauit ad viginti floren. Idem proposuit quia in litem quam intentauerat dno Pallatino Poznanien. apud Regem, sumptum fecit ad Centum et quinquaginta floren. Quorum taxationem petijt sibi dnum Dziewieczki ad persoluendum condemnari.
Ex aduerso rndit dnus Dziewieczki se nihil horum debere, neque quicquam depabulasse, aut damnum aliquod intulisse dno Staroyrzebski, sed si quando accideret ad illum in Wiezownicam venisse, id vel vocatum per dnum Plebanum, et sine damno eius si fecisse, paratumque se esse iuramento ad expurgandum semper,

Novembr 2606

Petijt itaq; se liberum ab impetitione actoris uti iusta pronuntiari.
Replicauit Actor dicens id quod proposuit ante, negans citatum posse admitti ad iuramentum cum ipse paratus sit docere testimonijs bonorum virorum propositionem suam.
Et Rndus dnus Offlis actorem admisit ad probandum, et terminum illi abhinc duas septimanas assignauit. Prntibus Nobus Conrado Kloszinski Benedicto Szianiawski testibus. Et me Mathia Borowski publico Actorum Offlatus Sandrienses. Notario.

Lunae XX. Nouembris

Donatio iuris super decimas manipulares villarum Wolia Zabniczna, Wolia Lissakowska et Szafranow per V. Joannem Dmosziczki Vnali D. Christophero Marczissewski Plebano in Czermin.

Venerabilis Joannes Dmosziczki quondam Plebanus in Gryzikamien constitutus personaliter cor Rndo dno Offli, et ad Acta prntia recognouit quia Venerabili dno Christophero Marczissewski Plebano in Czermin ius suum donat quod habuit et habet in decimas manipulares omnis seminis et grani in villis Wolia Zabniczna, Wolia Lissakowska, et Szafranow sibi à Gnoso dno Petro de Rytwiany Zborowski dictarum villarum haeredum rone ministerij in oratorio seu Capella Curiae Lissakouiensis collatas et donatas ad vitae suae tpa, idq; ex voluntate et consensu eiusdem Gnosi dni Zborowski resignat, et de iure suo in psonam eius cedit. In cuius plena et reali possessione per annos tres resignans dixit se fuisse, et hoc sua praesenti recognitione. Reseruata tamen sibi, et salua via, ac potestate agendi iure cum Nobili Adamo Polzigki possessore villae Wolia Lissakowska modo obligatorio occone decimae anni praesentis ex pfata villa Wolia Lissakowska non extraditae, sed pro se vsurpatae ac receptae. De quo ipse dnus Joannes Dmosziczki se iure actuum protestus est. Prntibus Honorabili et Nobili Benedicto Woiewodka Vicario in

Klostow Benedicto Szianiawski

Nobilis Felix Giorgieschi ex districtu Simoviæ, absente tum dño Rebelinski post congregatam Nobilium alt pro Relatione, accepit et suam, et dicti dñi Rebelinski sarcinam, cautione manuali relicta dño Vicedecano et recognitione facta hmodi, se accipere azt sarcinam mandato dñi Rebelinski. In cuius rei testimonium reliquit chartam manu sua scriptam et sigillo communitam. Qd attulit hras nomine dñi Rebelinski ad dnum Vicedecanum Sangrien scriptã et dictam sarcinam sibi traderet, quas chartas in spem recuperandi depositum, suum dñus Rebelinski percepit, et ipsum dñum Vicedecanum de ipsata sarcina, et rebus in ea contentis acceptis chartis quietat. Præsentibus Nobilibus Matthia Borowski, Benedicto Siamawski et aliis quàm plurimis testibus. Et me Alberto Sexterlowicz actus scribente Nono.

Martis V. Decembris

Relatio Nuntii et protestatio Plebani de Oppido Jwaniska cum Subdapiferum Sangrien.

Constitutus personaliter Venerabilis Joannes Barssz Plebanus in Oppido Jwaniska cum Provido Francisco Largol Nuntio Regni Gradi de Lielgina cum Nobili dño Joanne Cielieglui Decano et Osstr Sangr et ad dicta pntia fassus est et recognovit. Quia in festo Stæ Catherinæ Virginis proxime preterito Ipsatus Nuntius fuit in Oppido Jwaniska cum Honabili Bartholomæo filio Letupsbro, iussu dñi Joannis Barssz Plebani, qui voluit quidere, ut ministrana Ecclie parochialis in Jwaniska non negligeretur ipsum Ipsatum Bartholomeum, ut ibi apud Ecclesiam legeret ordinauit, et constituit, idq; propterea, quia ipsi tutum non esset p Grosium Sebestianum Ligesa Subdapiferum Sangrien, qui illic minatus eidem propterea quod sibi intentauit actionem de violenta expulsione ex parochia, et raptu decimarũ, frumentorũ et aliorũ prouentuum. Sed ubi pueuit illuc Ministerialis memoratus cũ Ipsato dño Bartholomæo fecit claudi Ecclesiam parochialem, ipsiq; Oppidanis seuere mandauit, ne Ipsatus plebanus aut aliquis Sacerdos nomine illius in Eccliam intromitteretur. Quod ita et non ali factum esse ipse Minister

d. Ligesa

in veræ suæ rellonis testimonium retulit. De qua violentia et ibi in Iwaniska nomine dni Plebani, et hic ad Acta ipse dnus Plebanus protestus est solliciter cum dnum Sebestianum Ligeza. Idem protestatus est dnus Plebanus de sua diligentia, quia paratus erat, et est semper prouidere de ministerijs parochiæ suæ in Iwaniska si per vim non prohiberetur per dnum Ligeza hæredem ibidem. Prntibus Nobilibus Benedicto Szianiawski Joanne Jarocki testibus Et me Mathia Borowski publico Actorum Officiatus Sanctorum Nono.

Lunæ XJ Decembris

Inter D. Petrum Pszonka de Polaniecz et H. Christopherum Wrzask Vicarium in ibidem.

Inter discretum Petrum Pszonka de Polaniecz calcearij artificij socium ex vna; et Honorabilem Christopherum Wrzask de Szydlow Vicarium in Polaniecz citatum ex altera partibus occone inflicti vulneris cruenti in scapula dextra præfati Petri, decretum est partibus ad hoc consentientibus. Quia præfatus Christopherus in compensonem vulneris et læsionis dicti Petri, et rone expensarum eius, numerabit florenos octo mon et nuri polonic pro festo Circumcisionis Dni proxime venturo. Pœna etiam ipsi Christophero imposita et mutua reconciliatione inter ~~se~~ ipsos facta est sub Censuris Ecclesiasticis. Prntibus Venabili et Honabili Alberto à Chodel Plebano, Martino Vicario, in Bidziny testibus. Et me Mathia Borowski publico Actorum Officiatus Sanctorum Nono.

Prouisio Hon Ludouici Januszowski.

Venerabilis dnus Alexander Lukomski Plebanus in Szmielow constitutus personaliter coram Rndo dno Joanne Wieliski Decano et Officiali Sanctorum et ad Acta prntia fassus est et recognouit se suscipere in prouisionem suam, ad Vicariatum perpetuum parochiæ in Szmielow Honorandum Ludouicum Januszowski oriundum in Leszkow in maioribus ordinibus constitutum siue Subdiaconum, qui per annos aliquot dedit operam lris Leopoli, et Cracouiæ in Academia versatus prout testificatur ipse dnus Plebanus, vitæ honestæ et sobrius, speraturque de eo, quia sit futurus pius et bonus Sacerdos. Cui constituit in salarium dnus Plebanus florenos triginta annuos vltra quæstus Ecclæ communes

Petijt itaque D. Pla-

Włostow, Benedicto Szianiawski testibus. Et me Mathia Borowski publico, Actorum Officialatus Sanctrien. Notario.

Obligatio Plebani Wiezownicen. Vicario in Włostow triginta flor. pecc. factae.

Constitutus personaliter coram Admodum Rndo dno Joanne Wieliczki Decano et Offi. Sanctrien., et ad Acta praesentia Venerabilis Thomas Staroyrzebski Wiezownicen. Plebanus recognouit et fassus est se teneri et debere Venerabili dno Benedicto Woiewodka pro tunc Vicario Włostowien. ex certa concordia pro certis rebus circa se ad fidele depositum datis et concreditis inter eosdem factis triginta florenos polonicos certi debiti tentos, quos quidem triginta flor. idem Plebanus obligauit se et obligat praefato Benedicto soluturum, sub Censuris Ecclesiasticis per Rndum dnum Offlem Sanctrien. fulminandis Renuntiandis omnibus exceptionibus et remedijs Iuris, nulla alia citatione praemissa pro die Lunae post Dominicam Inuocauit in anno Millesimo Sexcentesimo Septimo proxime venturum. Praesentibus Nobili Mathia Borowski et Discreto Alberto Senterkowicz, Alberto Szotek et alijs Conrij Sanctrien. Notarijs

Mercurij XIX Nouembris.

Protestatio de diligentia Plebani in Olbierzowicze.

Venerabilis Adamus Dziewieczki Plebanus in Olbierzowicze constitutus personaliter coram Venerabili dno Petro à Wolborz Vicecustode et Surrogato Officialatus Sanctrien. protestatus est solum de diligentia sua, quia ipse paratus erat percipere summam Septuaginta florenorum pecc. mon. et numeri polonic. iuxta decretum Rndi dni Offlis Sanctrien. latum à Venerabili dno Thoma Staroyrzebski Plebano in Wiezownicza, sed quia nemo erat qui eandem summam reponeret; Ideo de sua diligentia, illius verò negligentia temeraria protestatus est. Idem dnus Dziewieczki protestatus est, quia ipse paratus erat dare interrogatoria contra testes dni Staroyrzebski, qui sibi causam intentauit occasione quarundam iniustarum iniuriarum iuxta decretum Rndi dni Offlis, et terminum pro die hodierna inciden. A quo petijt dnum Surrogatum sese liberum pronuntiari; Et pronuntiatus est per eundem dnum Surrogatum. Idem protestatur contra eundem de tergiuersatione sua, quae

est coñ Chyrographum ipſ dñi Starovnelſki et expenſir litt. quar ſibi taxat ducentir florenis. Offerenr ſe cum eoq rone Ymiſſionem iure actus. Prntibus Rebilibus Stanislao Yblinſki Thoma Raiecſki, et alijs quam plurimis teſtibus circa Yntta exaribus.

Veneris prima Decembris

Recognitio Hon Elizabeth Sinderzowa.

Honeſta Elizabeth Prouidi Thomæ Sinderi coniunx ltima ſuburbana Quitatis Sandomirienſis ats inquilina Prouidi Valentini Blagy, conſtituta perſate coñ dño Offili Sangk et ad acta prntia facta eſt et recognouit in rim veri teſtimonij, quia Rebilis Paulus Rebelinſki ex diſtricta Czechanouien, dum eſſet in congregone Rebilitatis circa Oppidum Oppziwnicza anno preſenti, deuertit in domum dicti Blagy, ibiq depoſuit ſarcinam cum ſua ſuppellectili et veſtibus apud prefatam Helizabeth inquilinam, quam ſarcinam alio ſe conferens reliquit ibi. Succedente tpe venit Rebilis Martinus q Roden commilito atq ſocius Ypſati Rebilis Rebelinſki qui eoq hoſpitio vtebatur ſub comenticulo [illegible] Rogoſzen, atq illam ſarcinam deinde exiſtens Sandomiriq cum ſuppellectili à prefata Helizabetha violenter accepit, et cum meñ extulit. Quod non aliter accidiſſe dicta Helizabetha teſtis depoſuit. Prntibus Honorabili Matthia à Bednary Vicedecano Sandomien Rebilibus Matthia Borowſki, Benedicto Dziamuſki famulis dñi Offili Sangk et alijs quā plurimis teſtibq. Et ma Alberto Lenterowicz actum prntis Nota

Inter Rebilem Paulum Rebelinſki et Vicedecanum Sandomirien Quietatio.

Rebilis Paulus Rebelinſki venus ex congregatione ſub comentu Rogoſzano circa Oppidum Oppziwnicza conſtitutus perſate coram dño Offili Sangrien et ad acta prntia, factus eſt et recognouit ſe habuiſſe in depoſito apud Venabilem Matthiam à Bednary Vicedecanum Sandomien ſarcinam ex corio cum veſtimentis, pecunia, et alia ſuppellectili, quam et aſſeruit dñus Vicedecanus venien

Rebilis Felix

Petijt itaq; dñus Plebanus ipsum ad ordinar admitti. Prntibus Venabili et Nobilibus Martino Jeleniewski Plebano S. Pauli extra muros Sanqrien. Benedicto Sriamiewski, Joanne Jaroglii testibus. Et me Matthia Borowski publico Leroq; officiatu Sanqs Nono.

Martis xij Decembris.

Quietatio Vicecantoris Oppatovien.

Venerabilis Alexander Luchomski Plebanus in Szymielow constitutus personaliter coram Rnde dño officiali et ad Acta prntia, fassus est et recognouit se percepisse tria priuilegia pargamenea cum pendentibus, quarum duo pertinent ad Ecclesiam Parochialem in Szymelow; tertium vero ad Capellam in arce SSmæ Trinitatis ibiq; in Szymelow ab Honabili Paulo Tasario Vicecantore Eccle Collgte Oppatovien. et quondam Vicario in Szymelow, de quibus ante fuit sibi intentata actio per dñum Luchomski, et hoc per manus Honabilis Matthiæ à Bednary Vicecami Eccle Collgte Sanqrien. de quibus sic perceptis Effatum Vicecantorem Oppatovien. quietat perpetuis tpibus. Prntibus Honorab. et Nobili Ludovico Janussowski Subdiacono, Benedicto Sriamiewski testibus. Et me Matthia Borowski publico Leroq; officiatu Sanqrien. Nono.

Mercurij xx Decembris.

Quietatio Alberti Wolborien.

Constitutus personaliter ad Acta prntia, et coram me Notio publico infrascripto Prouidus Stanislaus Richlik de Suburbio Sanqrien. fassus est et recognouit se percepisse, et in effectu lucrasse viginti et quatuor grossos pecc. mon. et quini polonic. et hoc occone colaphi sibi inflicti per Discretum Albertum Wolborien famulum Venabilis Petri à Wolborz Vicecustoq Sanqrien. de qua pecc et vulneribus sibi inflictis Effatu Albertum quietat, et itramanentq eiq Alberto indulsit, quod Effatus debuit, quia non mandauit subditis sui de Zarzecho vtice verberare Effatum Stanislaum Richlik, et vulnera eiq infligere. Prntibus Nobilibus Alberto Przedmiewski. Benedicto Sriamiewski testibus. Et me Matthia Borowski publico Leroq; officiatu Sanqrien. Nono.

Oclwr. Anni. M. Dc. Vj.

Acta Actorum, causarum, propositionum obligonum, quietonum, Sententiarum. etc. Coram Rndo dno Joanne Wisliczki Decano et Offli Sandrien. etc. Anno Domini M. DC. Septimo. etc. per me Matthiam Janusij Borowski Cleric. Diœc. Plocen. Sac. Aplica et Impali authtatis public. Actorumq; Conrij Sandrien. Nonium feliciter acticari incipiunt.

Veneris xij. Januarij.

Inter H. Barbaram Ogrodniczka et Hnablem Matthiam de Chmielow Vicarium in Michoczin.

Inter Honestam Barbaram Ogrodniczka de Michozin actricem ex vna: et Honorabilem Matthiam de Chmielow Vicarium in Michoczin citatum ex altera partibus; quæ Barbara asseruit sibi decem florenos et vndecim grossos ablatos esse in deposito apud dnum Matthiam tpe Rokoss, qui dixit neq; per se, neq; per familiam suam, neq; per negligentiam suam pecuniæ depositæ apud se aliquid perdidisse. Ideo Rndus dnus Offlis decreuit purgonem Canicam dno Matthiæ faciendam in hanc rotam. Quia dictæ pecuniæ accipiendæ nullam dedit causam neq; per se, neq; per familiam suam, neq; per alium quenq; vel negligentiam suam. Juramenti autem terminus assignatur feria Sexta post festum Conuersionis S. Pauli Apli proxe ventur. Prntibus Honabilibus Nicolao à Strzizow Vicario Ecclæ Collgtæ Sandrien. Simone Albino Commendario in Szamborzecz.

Oblatæ lrarum Comissionis Joannis Dobek

Honoran Joannes Dobek de Szwiatniki clericus habens et

tenens in manu

tenens in manu lrãs Cõmissionis sub titulo et sigillo Illmi ac Rmi dni dni Claudij Rangonij Comitis Dei et Aplicę Sedis gra Epi Regij et Principis, nec non SSmi D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papę Quinti ad Regem Poloniae de latere Nuntij Aplici, manu Venabilis dni Aloisij Pratissolij eiusdem Illmi dni dni. ꝛc. ꝛc. Nonij subscriptę, in quibus lris continetur facultas et Cõmissio audiendi et examinandi testes in causa homicidij casualis pfati Joannis Dobek, et in quantum homicidium casuale sit, potestas absoluendi. Petijt itaq pfatus Joannes Dobek vt Rndus dnus Joannes Wieliglii Decanus Sanctr pfatas lrãs Cõmissionis susciperet, et lrãs citonis contra testes, et contra partem aduersam seu prem pfati mortui edi mandaret. Quas lrãs Cõmissionis ipse Rndus dnus Decanus Sanctrien reuerenter, prout decuit suscepit, et lrãs cittonis contra testes et partem aduersam edi mandauit. Prntibus Nobilibus Joanne Jaroglii, Benedicto Sziamawski, Alberto Sziradzki testibus. Et me Mathia Borowski pucõ Actorum Offiatus Sanct. Nonio.

Mercurij XVij Januarij.

Examen testium super percussione Laboriosi Laurentij Czieslik de Obrazow per Honoran Joannem Dobek de Szwiatniki inductorum

Honoran Joannes Dobek de Szwiatniki Subdiaconus clericus, volens se expurgare, et de innocentia sua docere super Irregularitate de qua diffamatus est, ac de percussione Laboriosi Laurentij Czieslik de Obrazow, quem non ex sua causa, sed aliunde mortuum esse asseruit, pduxit testes qui et factum et causam bene nossent, petens eosq ad iuramentum praestandum de veritate dicenda et ad examen admitti. In absentia Laboriosi Sebestiani Czieslia subditi dnorum Mlodzieiowskich de Obrazow pris pfati olim Laurentij Czieslik citati et non comparentis put in executione citonis videre est.

Et Rndus dnus Offlis in contumatiam partis petita fieri concessit, ad iuramentum et ad examen admisit testes. Et in instanti pfati testes de veritate dicenda iuramentum corporale praestiterunt ac

Januar

1607

Primus testis fuit Honabilis Laurentius de Fulstin Com:
mendarius Ecclae parochialis in obrazow citatus et iuratus deposuit
quia post festum Paschae anni Millmi sexcentesimi sexti die quadam
ibat Laboriosus Sebestianus Cieslia subditus dnorum Mlodzieiowskich
ex villa Zorawicze vicina villę obrazow de nocte circa quartam horam
cum duobus filijs suis, quorum oes tres erant bene poti ac vocife:
rantes. Interim obuiam venerunt in villa Obrazow Joannes Dobek
clericus cum Laborioso Stanislao Sziadarnicek filio Joannis Sia:
darnik de villa Glazow, qui tum veniebant ex villa Glazow in
villam Obrazow ubi clericus residebat apud Ecclam, qui habuit
etiam in comitatu praefatum Stanislaum consanguineum suum. Atq
tum dum conuenirent in unum locum in medio villę, habens Sebe:
stianus Cieslia ceruisiam, quam secum portabat ex villa Zora:
wicze excipiebat illos obuiam venientes honoris causa. Interim
venit Laurentius Cieslik filius Sebestiani ebrius, et euulso pa:
lo ex septis alis, plotha prosziecz cepit ictus facere con Joan:
nem Dobek clericum. Clericus vero habens ensem excipiebat
ictus ense defendens se ab eo, et monens ipsum ut cessaret
a verberibus. Ipse vero Laurentius magis instabat, Joanne
Dobek retrocedente et se defendente. Tandem Laurentius
percussit ipsum Joannem clericum baculo vel palo illo quem
habebat in humeram, post quem ictum Joannes Dobek per:
cussit Laurentium in caput, inflixitq eidem vulnus cruentum
sed non enorme, neq lethiferum, solam enim distecuit pellem
illeso osse. Interim superuenit cum baculo Laboriosus Sta:
nislaus de Glazow, volens liberare Joannem Dobek, conso:
brinum suum, et percussit baculo ipsum Laurentium multoties.
Item deposuit testis quia quando esset apud ipsum Lauren:
tium Cieslik iam infirmum et morti proximum ex concussio:
ne illa, ut audiret confessionem eius, et communicaret illum
retulit interrogatus quod nullam causam habet ex Joan:
ne Dobek mortis suae, sed grauius se percussum et pul:
satum esse a Stanislao Sziadarnicek de Glazow, et dixit se
reconciliatum esse iam Joanni Dobek,
Idem dixit ipsum mortuum leuiter lesum fuisse, sed propter

negligentiam circa

negligentiam circa vulnus sanandi et incuriam ipsius et suorum, nullum enim medicamentum adhibuit aut Chyrurgum ad sanandi vulnus, et inde tumor capitis secutus atque mors. Tum etiam propter ebrietates crebras vulnerati et intemperantiam secutam esse mortem dixit testis. Causam scientiae reddidit, quia ita audivit, prout testificatus est ab illis qui tum praesentes aderant circa illum actum, et circa verbera, tum quia ita audivit ex ipso laeso, qui retulit ei rem sicut habuit.

Secundus testis Discretus Stanislaus de Robozicze Rector Scholae in Obrazow, citatus iuratus deposuit, quia in Dominica in Albis Anni proxime praeteriti fuit in villa Roslii in taberna, et ibi bibit aliquantum una cum Joanne Dobek clerico, qui inde abiit in villam Glazow cum suo consobrino Laborioso Stanislao Sziadarniczek de Glazow, postea ipse Stanislaus Rector reversus est in Scholam in villam Obrazow, contulitque se cubitum cum suo Campanatore, posthac audivit clamorem et tumultum in media villa prope Ecclesiam, atque sumpto ense suo, cucurrit ratus aliquem ex suis tumultuari, reperitque ibi Laboriosum Sebestianum Czieslia prem, qui habebat cervisiam secum, quam ferebat ex villa Zorawicze propinabatque sibi, et excipiebat eum cervisia. Interim clamante et vociferante cum minis filio eius Michaele con Joannem Dobek clericum, qui tum stabat a latere et veniebat tum ex villa Glazow, Interim dum ita staret cum pre dictus testis, et loqueretur cum illo, venit alius filius Laurentius, qui praeteriens se properabat con Joannem Dobek cum fuste; ac interim nescit testis quomodo factum est ut percussus esset in capite Laurentius filius Sebestiani Czieslia, qui venit ad prem suum vulneratus et ostentans vulnus non lethiferum, ac querens coram pre de vulnere sibi inflicto per Joannem Dobek. Causam scientiae reddidit, quia vidit ita factum esse se presente et inspiciente.

Idem deposuit quia die sequenti post vulnus illatum venit in Scholam ad se Laboriosus Sebestianus Czieslia pater vulnerati tum absente Joanne Dobek, et se cum consanguineo suo in villam Glazow dicto Sziadarniczek conferente, qui Sebestianus conquestus est, quia filio suo Laurentio vulnus inflictum sit non sine periculo et ideo suasit Rectori Scholae, ut sequeretur ipsum Joannem

Januarij. 1607

Dobek in villam Glazow, et moneret ipsum ut faceret concordiam cum filio suo vulnerato, et aliquid pecuniae numeraret pro unguento, sperans ipsum posse curari, si empto unguento adhiberet vulneri illud ipse pater. Rector Scholae non invitus secutus est Joannem Dobek in villam Glazow, suasitque ut fieret concordia. Interim venit et pater cum vulnerato filio in villam Glazow, ibique habito tractatu prius cum utraque parte convenerunt simul, datique sunt grossi viginti quatuor pro unguento laeso, reconciliatioque et remissio facta est utrinque. Tandem adhibito unguento vulnus curatum est, atque ita fuit vulneratus sanus usque ad festum S. Joannis Baptistae, postea peregre discessit ille vulneratus, vulnus cui erat male inducta cicatrix propter nimium estum recruduit, et apertum est, et inde brevi post mortuus. Causam scientiae reddidit quia partim vidit, partim etiam audivit haec quae retulit, et testificatus est.

Tertius testis Laboriosus Stanislaus Nagorny de Obrazow subditus dni Plebani de Obrazow, citatus et iuratus deposuit. Quia Dnica in Albis circiter hora tertia noctis in domo sua audivit clamorem et tumultum fieri in medio villae prope Ecclesiam parochialem, ac se proripiens illuc domo reperit Laboriosum Sebestianum Czieslia, qui conabatur retinere manibus prehensum Michaelem filium suum prohibendo, ne impetum faceret in Joannem Dobek clericum, ad quem verberandum ipse properabat. Interim dixit testis cucurrit alius filius Sebestiani Czieslia Laurentius, qui aggrediendo ipsum Joannem clericum cepit intentare ictus in eum fuste extracto ex septis. Ipse vero Joannes habens in manu ensem strictum excipiebat ictus, et defendebat se retrocedens et petens ab ipso Laurentio ut se dimitteret, asserens se apparari conditioni Ecclesiae et clericali, nec se ad arma tractanda paratum esse. Ipse vero Laurentius non obstantibus hisce instabat magis verbera intentando. Interim venit socius Joannis Dobek Stanislaus Sziadarniczek de Glazow, consanguineus Joannis cum baculo ex septis extracto alis skolem, percussitque a tergo ipsum Laurentium in caput, ut ille humi prostraretur. Tandem humi prostratum percussit Joannes ense Laurentium et

vulnus inflixit

vulnus inflixit in capite. Post, concordiam fecerunt inter se, vul:
neratus etiam conualuit, atq; peregre iter suscepit nescitur quo. Inde
reuersus male habere cepit, vulnus recrudit, et ita mortuus. Cam
scientię reddidit, quia hæc quę testificatur vidit, partim etiam scit
aliunde, ꝓpterea quia vicinus est, et in eadem villa habitat.

Quartus testis Laboriosus Joannes Sziadarny Colonus
et Aduocatus villę Glazow, subditus Conuentus Scti Spus Sandrien
affinis Joannis clerici, citatus et iuratus deposuit, quia die Lunę
post Dominicam in Albis, veniens ex conclaui suo vbi dormiebat, repe:
rit Joannem Dobek clericum decumbentem in hypocausto suo, atq;
vbi eum vidit, percontatus est vnde hac esset, quod illuc veniret
tpe alieno, ipse vero nihil respondens conquerebatur se percussum
et vulsatum esse, post hac ita res protracta est in silentio. Venit de:
inde Laboriosus Sebestianus Czieslia de Obrazow ad se cu filio
Laurentio vulnerato, atq; ibi referre incipit, quæ turbę inter eos vgt
inter Joannem Dobek et Stanislaum filium Aduocati, consobrini enim
erant cum Dobek ex vna parte et filium suum Laurentium ex
altera, et quia filius suus Laurentius erat vulneratus, postea te:
stis dixit se exhortatum esse Sebestianum Czieslia prem, vt redu:
cerentur in gram, filius eius Stanislaus et Joannes Dobek conso:
brini, cum filio Sebestiani Czieslia; Ipsum vero Czieslia non fu:
isse contrarium. Tandem tractari ceptum est de conditione concor:
dię, biberunt etiam simul, et comederunt conuenientes inter se, ita
vt percussor Joannes dimidium marcæ ꝓsolueret Laurentio vul:
nerato, et sic quisq; in domum suam se recepit. Ille vero vulne:
ratus iam curatus fuit, et faciebat opus suum sanus factus, de:
niq; tpe quodam peregre discessit in locum quendam remotiorem,
et inde reuersus ex vulnere illo illato male habere cepit, ita cre:
ditur quod pus inclusum erat in vulnere, et cicatrice obductum,
ac ita mortuus. Causam scientię reddidit quia quę testificatur
vidit, et præsens interfuit, et aliunde etiam scit quia vicinus
est ex Glazow, proxima villa Obrazow.

Quintus testis Discretus Laurentius de Inowlodz Cam:
panator in Obrazow Ecclę parochialis, citatus et iuratus deposuit quia
in Dominica in Albis fuerunt in villa Roski, ipse testis, Rector Scholę, Jo:

annes Dobek, et Stanislaus Sziadarny in taberna, atq; ibi cum temporis aliquid sedendo et bibendo consumpsissent, discesserunt inde. Rector quidem Scholae contulit se domum in villam Obrazow cum Campanatore. Joannes vero Dobek cum suo consobrino fre Stanislao Sziadarny iuit in villam Glazow, unde eadem nocte in tenebris Joannes Dobek redibat in villam Obrazow in Scholam, ubi tunc residebat, habens comitem consobrinum suum Stanislaum Sziadarny. Cum autem iam essent in villa Obrazow obuiam habuerunt Sebestianum Czieslia cum filio suo Michaële, atq; ibi clamoribus inuicem vexare se incipiunt, et Joannem Dobek Michaël filius Sebestiani Czieslia contumelijs proscidit, omnes ebrij, cuius frater Laurentius domi existens auditis clamoribus et conuitijs proripuit se domo, ac cucurrit ad Joannem Dobek cum baculo, quo ictus facere incipit in Joannem Dobek, qui Joannes ictus excipiebat ense quem habuit, et defendendo se, monendoq; illum percutientem ut desisteret et dimitteret se. Interim nescit testis quomodo factum est, ut vulneratus acciperet vulnus. Inde diuersi abierunt domum pater cum filijs in domum suam. Dobek vero cum suo consobrino in Scholam iuit. Causam scientiae reddidit quia fuit praesens et vidit

Veneris XIX Januarij

Honorandus Joannes Dobek de Swiątniki, in supplementum testimoniorum et attestationum ante inductarum adduxit Laboriosum Sebestianum Czieslia de Obrazow subditum dnorum Mlodzieiowskich et prem filij occisi citatum et comparen petens ipm ad iuramentum praestandum de veritate dicenda, et ad examen in causa Irregularitatis de qua diffamatus est admitti.

Et dnus Offis admisit et iuramentum de veritate dicenda praestandum decreuit. Quod iuramentum praefatus testis in instanti praestitit.

Sextus itaq; et Vltimus testis est Laboriosus Sebestianus Czieslia de Obrazow, annorum circiter quinquaginta citatus et iuratus deposuit. Quia anno proxe praeterito vgt Do:

minica in Albis

minica in Albis fuit in villa Zorawicze dnorum Mlodzieiowskich in ta:
berna cum duobus filijs suis Laurentio et Michaele, atque ibi mansit
usque ad secundam horam noctis circiter, redituros in domum suam in
villam Obrazow promisit filium suum seniorem Laurentium domum, quem
secutus est ipse cum alio filio suo Michaele, atque veniens in villam Obra:
zow, iuxta Campanile, reperit Joannem Dobek clericum, cum Stanislao
Sziadarniczek de Glazow consanguineo suo, atque ibi clamorem edidit,
Dobek alias krzyknął, et interrogare cepit quis esset, filius Michaël
existimans vel tenutarium esse Broniowski parochię, vel Commen:
darium Ecclesię, respondit quare interrogaret, et quid pertineret
ad illum qui essemus, deinde Dobek stricto ense cepit vibrare en:
sem in hanc et in illam partem, congressus est deinde Dobek cum Mi:
chaele filio, et intentabant sibi verbera, neutro tamen leso, super:
uenit frater senior Laurentius Michaelis, qui erat ante domum patris
sui volens iuuare fratrem, venit cum fuste et percutiebat in ensem
Joannis Dobek, accessit deinde Laboriosus Stanislaus Sziadar:
niczek de Glazow socius et consobrinus Joannis Dobek, et percus:
sit Laurentium Czieslik baculo, ita ut in genua prosterneretur, et hoc
in occiput, dum ille Laurentius inclinatum caput ex percussione
teneret, Joannes Dobek ense stricto percussit eundem in capite in
borissa olim Catherine de Cholkow vxor̃ ultime Laborios Stanislai Ra:
set de Pichari personis accedend quor di cõmoda poteritis alr per pu:
blicum edictum in facie Eccle in Obrasow aliquo die Dominico vel festo
coram populo ad audiendu diuina officia congregato clara et intelli:
gibili voce vt moris est publicand et exequend eor et singulor sua com:
muniter vel diuisim ad testamentum pfata olim Catherine de Cholkow
expaduerse interesse habere putard, et quor quos tangit negotium seu
tangere poterit quomodolt in futurum vno eodẽ pro tribus et plem:
ptorie ad audiend et audiendu testamentum seu ultime voluntatis
ordinationem pfata olim Catherine manu Ghosi Matthia Borowski
Clerici Diar Eccle Sar Impatis auctate publici ac dicti Comi
Sandomir Notii scripti et subscripti. Signoq nomine, et cognomine
ipsius solit et consuet communiti in omnibus et singulis suis clau:
sulis, conditionibus, et articulis vniuersis per nos approbari, ratifi:
cari et confirmari, roburq auctatis Ordinarie patiter et decretum
desuper apponi, et eas confirmoms in forma solita et consueta decreti.
Vel dicend et causas si quas habuerint ultimas cur pmissa fi:
eri minime debeant allegand Citetis. Quos et nos pntibus
citamus et cor̃ nobis vel Surrogato nr̃o Sandominir in loco residen:
tie nr̃e solite p feria quarta post festum Sti Joannis Baptiste
pxe venturã hora tertiar, vltime, peremptorie, compareant
Certificand illos sic citatos, quod siue in dicto citoms mõe termi:
no comparuerint siue non. Nos nihilominus ad ea que iuris
et rationis fuerint, absentia citatorum in nullo obstante Deo adiu:
uante pceduros esse. Datum Sandominir die xxiiij mensis
Junij Anno Domini M. DC. X. Locus sigilli. Matthias Borowski
publicus Leopol, Comi Sandomir Notius mpp.

Tenor aut exequõnis à tergo fuit talis.

Anno quo intro die vero vigesimaseptima Junij. Ego Gregorius Ho:
slowicz Vicarius in Obrasow mandatum intro contentum executus sum.

Et Nobilis dns Petrus à Wolbor Surrogatus, offlatus San:
domirien citatis vltime, vltra horam solitam diutius expectat
et non comparent, contumaces pronunciauit, et in eorum contu:
maciam testamentum pfat seu vltime voluntatis ordinationem

in omnibus et singulis suis punctis, clausulis, conditionibus, et articulis in Dei nomine approbauit, roborauit, confirmauitq; et ratificauit, ac pariter decretum Ordinarium interposuit, lrasq; confirmonis in forma solita et consueta edi et extradi mandauit decreto mediante. Praesentibus Nobili et discreto Paulo à Tyczin Vicario Ecclae Collgtae Sandrien. Alberto à Wolborz, et Stanislao Czaplinski, ac alijs quam plurimis testibus. Et me Matthia Borowski Actorum Notario.

Sabbatti ex Julij. Oblatae Reuisionis domus et structurae eius Famati Stanislai Wilczek Ciuis Sand. per Rndum D. Comissarios factae

Famatus Stanislaus Wilczek Ciuis Sandrien. et Honesta Catherina vxor eius ltima, constituti personaliter coram Rndo dno Joanne Wielicki Decano Sandrien. et Vnbli dno Jacobo Milewski Canco Oppatouien. Commissarijs per Illmum et Rmum dnum dnum Petrum Tylicki Dei gra Episcopum Cracouien. datis, ad lustrandum et inspiciendum si domus ad Communitatem dnorum Vicariorum Ecclae Collgtae Sandomirien. spectans inter domos Prouidorum Christopheri Dobek Sartoris ex vna; et Matthiae Bobrownicki Ciuium Sand. parte ab altera, in platea Castren. prope templum Sctae Mariae Magdalenae sita, vtiliter, et in comodum Ecclae vendita et alienata est, per Vnbles dnos Vicarios Ecclae Collgtae Sandrien. tum etiam ad videndum quomodo illa pecunia pro domo sic vendita, acceptaq; in vtilitatem et in commodum Ecclae melioremq; conditionem eius sit conuersa. Petierunt praefati Stanislaus et Catherina vti vt et domus illa, ac vitia eius inspicerentur, atq; in locum areae prodiretur, ac alia quae ad cognitionem conditionis dictae venditionis pertinent inquirerentur, examinarentur, ac describerentur omnia. Cui mandato (quod illi reuerenter susceperunt) Illmi dni dni Epi Crac. dni Commissarij parendo et satisfaciendo, ad instantiam tam dnorum Vicariorum, quam praefatorum emptorum in locum domus eiusdem iuerunt, et accesserunt. Atq; venientes in domum illam inuenerunt hypocaustum carie magna ex parte consumptum

atriu etiam vetus

atrium etiam vetus ex tabulis constructum, ex quo camera unica atrio contigua, et ex materia simili constructa est, cellarium ruinosum, et nisi haberet fulcra sua recens supposita, nullum esset et ruisset, tectum perfluens, et ruinam minans, sed à moderno possessore, quibusdam tignis una cum cellario suffultum, et praeterea nihil aliud aedificij repertum. In posteriori parte domus extat aliquantum areae quatuor sulcorum latitudinis, longitudinis verò viginti ulnarum circiter; Tota autem area longitudinem habet circiter quadraginta ulnarum. Pro qua domo cum sua area dni Vicarij retulerunt se accepisse ducentos florenos mon. et mtri polonic à Famato Stanislao Wilczek, et uxore eius venditionis iure. Quam emptionem Famati Joannes Greglowic Consul, et Andreas Zloczki Ciues Sandnien. bona fide, et sub conscientia requisiti et vocati testificati sunt ipsam venditionem iustam esse, et bona conditione Ecclesiae venditam. Quam pecuniam dni Vicarij Capitulariter quidem constituerant in Censum reemptionalem conferre et exponere. Sed quia melior conditio dum res adhuc integra esset, et pecunia esset praesens, interim obtigit. Quidam enim Nobilis Christopherus Podliodowski habens duos laneos agri venales in villa Ublin, in qua etiam ipsi dni Vicarij possident praedium et subditos. Itaq. dni Vicarij magis ex re sua, et Ecclae utilius iudicantes, emerunt laneos illos mille et ducentis florenis, et adiunxerunt suis agris antiquis. In quam pecuniae summam etiam ducentos florenos quos pro domo vendita habebant contulerunt, non ignari, quia in censibus reemptionalibus exigendis et colligendis magnas difficultates experiantur. Et ita reuisio domus, et oium circumstantiarum eius, per dnos Commissarios est absoluta. Praesentibus Vnblibus Petro à Wolborz Vicecustode, Andrea Lancitien. Vicepraeposito, Matthia à Bednary Vicedecano, Joanne à Stobnicza, Nicolao à Strzyzow Vicarijs Ecclae Collgtae Sandomirien. et Famatis Joanne Greglowic Consule, Andrea Zloczki, Andrea Szyka Sutore, Stanislao et Joanne Sczotkow Ciuibus Sandomirien. et alijs quam plurimis testibus. Et me Matthia Borowski pucio Lectorisq. Offlatus Sandomirien. Nrio.

Lunae xij Julij. Inter Nobilem Stanislaum Golembiowski, et Vnblem Joan. Karasz Canonicum Oppatouien. in Sewna Plebanum.

Julius 1610

Nobilis Thomas Raieczki Ciuis Sandominien procurator ltimus Nobilis Stanislai Golembiowski Actor exhibitis lris citonis debite vt apparebat exequutis con Vnblem Joannem Karass Canonicum Oppatouien et Plebanum in Sewna, Petijt ipsum iuxta vim decreti con se per Rndum dnum Offlem Sandrien lati, excommunicatum declarari.

In præsentiq Famati Stanislai Tarquilinij Consulis et Ciuis Sandr procuris ltimi Vnblis Joannis Karass Canci Oppatouien et in Sewna Plebani citati, et per eund procurem comparen negantis narrata put narrantur, dicentisq nomine sui principalis ipsum paratum fuisse ad cedendum possessione Parochiæ in Sewna, et de eo protestonem factam esse per dnum Karass cor testibus Nobli Christophoro Janowski Vicario suo, et Rectore Scholæ ac Cantore eius ibid in Sewna. Deniq ipsum etiam dnum Karass tum lris, tum nuncijs significasse dno Golembiowski dixit vt apprehenderet possessionem ipso temerè renuente. Petijt itaq se liberum à termino et à causa pronunciari.

Et Rndus dnus Offlis auditis propositis et responsis partium decreuit vt dnus Karass se expurgaret iuramento quod nec in culpa, nec in mora fuit ad satisfaciendum decreto et termino tradendæ possessionis assignato, idq ad feriam quartam proximam ferijs Vindemiarum non obstantibus. Post quod iuramentum sic præstitum habebunt alium terminum partes ad tradendam possessionem cor publico Notario, et duobus Sacerdotibus in termino iuramenti sibi assignand. Præsentibus Nobilibus Joanne Stawienski, Andrea Piekarski et alijs quam plurimis testibus. Et me Matthia Borowski public Actorsq Offlatus Sandr Nono.

Veneris XVJ Julij

Inter Nobilem Heduigim Radoczina Ciu Crac et Vnbles dnos Vicarios Ecclæ Collgtæ Sandr.

Nobilis ac Famata Heduigis Radoczina Ciuis Cracouien Actrix questa est in graui querela con Vnbles Petrum à Wolborz Vicecustodem, Andream Lancitien Viceprepositum, Matthiam à Bednari

Vicedecanum et con

Vicedecanum et con̄ totam Communitatem dd. Vicariorum Eccl̄ae Collg̃tae San:
dominiensis, quomodo illa anno superiori, dum haberet debitum trecentorum
florenorum apud R̄ndum dn̄um Andream Debienski Cantorem Sandomiriensem
et quia alio modo pecuniam illam extorquere non posset ab eo, ani:
mum induxit eam petere ac percipere ex decimis prædiorum ac
subditorum Civium Sandomiriensium ipso dn̄o cantore ad hoc consentiente.
Interim dn̄i Vicarij Sandomiriensis, prætendentes se aliquid debiti
habere etiam apud dn̄um Cantorem, non modo census reemptiona:
lis annorum sex; sed etiam pœnarum viginti marcarum in singulos
annos accipiendarum, in visitatione Ill̄mi olim Georgij Radziwil
Episcopi Cracouiensis con̄ Prælatos et Canonicos qui non alunt Vi:
carios, magis ad terrorem fortasse, et cōminationem pœnæ, quam
ad ipsam pœnam decretarum, et pmulgatarum. Inde secutum est
vt ipsi dn̄i Vicarij obtinerent lr̄as Sequestri decimarum anni il:
lius in R̄ndum dn̄um Offl̄em Sandomiriensem ad dn̄um Cantorem
post agros et prædia Civitatis Sandomiriensis, et ad Cantoriam
Sandomiriensem spectantium, quas lr̄as Sequestri omnino in executi:
onem deduci voluerunt. Accessit eò quia etiam Famatus Matthias
Zaparth Consul et Civis Sandomiriensis allegaret ipsum dn̄um Cantorem
accepisse à se ad rationem decimæ supramemoratæ floren̄ centum
et quinquaginta pecc̄, quam ipse colligere ac percipere ex con:
sensu dn̄i Cantoris volens, petebat se ad eam pcipiendā admitti.
Hæc itaq̄ res inter præfatas partes diutius agitata et pro ac con̄
ventilata ipso dn̄o Cantore præsente, tandem ad concordiam eius:
modi, omissa sequestratione, et iuris processu ventum est, vt ipse
dn̄us Matthias Zaparth perciperet decimam manipularem dn̄i Can:
toris ex prædijs Civitatis Sandomiriensis, ita vt etiam dn̄is Vicarijs
ratione census retenti pro dn̄o Cantore numeraret marcas tri:
ginta pecc̄ singulas per quadraginta octo grossos numeratas.
Ipsa verò dn̄a Radoczina relicta decima anni illius, accepta
obligatione à R̄ndo dn̄o Andrea Debienski Cantore Sandomiriensis
in vim Chirographi data, ac postea per certos Cives, et autten:
ticas personas con̄ R̄ndo dn̄o Offl̄i Sandomiriensis pr̄sentata et reco:
gnita, hoc pacto, quia nomine debiti sui dn̄us Cantor conferat
pfatæ Radoczina, et in solutionem eius decimas prædiorum Civitatis

Julius 1610

Sandominiensis ac villae Piotrowicze ad Cantoriam suam spectantes tribuit. Quae contenta proxime futuri anni decimatione inde discessit, rata et pro certo habens quia inde in anno sequenti percipere debuit pacifice pecuniam trecentorum florenorum quam mutuo dederat dno Cantori. Ipso etiam dno Cantore tum praesente et ad dictam concordiam consentiente. Deinde aduenerunt dies vindemiarum siue mestis anni praesentis vgt Millesimi Sexcentesimi decimi Famata dna Radoczina secura, et nihil suspicans quod aliquam difficultatem in dicta decima percipienda expertura esset, venit Sandominiam ut vel decimaret ipsa vel decimas sibi inscriptas et obligatas venderet, et disponeret de eis. Interim reperit decimas quibusdam iuristicis inuolutas, et Sequestro apud Illmum et Rmum dnum dnum Petrum Tylicki Dei gra Episcopum Cracouiensem fortasse ad malam narronem super eis obtento per dnos Vicarios Sandomiriensis propter restans debitum, impediri. Cuius impedimenti tollendi causa, et se ad liberam decimationem frumentorum ad se pertinentem admitti, et nullo iure dictum Sequestrum per suum procurem disertis verbis docens, ante oia lras Sequestri cor Rndo dno Offli ad exhibendum compelli dnos Vicarios petijt memorata Radoczina Sententia mediante praesertim peregre absente tum dno Sequestratore.

In praesentia Vnblium dd. Vicecuiusdis, Vicedecani, et totius Comunitatis dd. Vicariorum Ecclae Collgtae Sandomiriensis citatorum et comparentium, asserentiumq verbo, se recte obtinuisse Sequestri lras, et eum ad executionem deduci cupere: licet enim ad rationem sui debiti dixerunt se percepisse marcas triginta pecc, nihilominus tamen aliam partem summae dnum Cantorem sibi restare. Porro ad producendum Sequestrum siue lras eius in instanti non teneri, sed Rndum dnum Mathiam Klarinski Cantum Sandomiriensem Sequestratorem suum expectare debere, petierunt sibi ad respondendum latius primam iuris vgt diem Lunae proximam, et ad producendum lras Sequestri praefigi.

Replicauit Actrix quia in instanti possint, et lrae Sequestri produci, et ad obiecta responderi. Ad diem vero Lunae nullo modo posse comparere, quia procurator eius Famatus Joannes Czebulski Ciuis Sandomiriensis peregre absens futurus est

propter certa

propter certa negotia sua, praeter quem alium habere non potest. Et ideo petijt ut sup.

Et Rndus dnus Offis auditis propositis et responsis partium videns etiam moram in periculo esse ad producendum sequestrum et ad singula respondendum citatis terminum diem Mercurij sequentem assignavit partibus ad hoc consentientibus. Praesentibus Famatis Matthia Zaparth, Alberto Mazurek, Joanne Gladki Consulibus et Civibus Sanctiens. Et me Stanislao Tarquinio Cive Sanctiens public et actus praesentis Nono.

Mercurij XXI Julij

Protestatio Famatae Hedwigis Radoczina Civis Crac con Sequestratoris decimar Cantor Sanctiens

Nobilis ac Famata Hedwigis Radoczina Civis Cracovien constituta personaliter cor Rndo dno Offli Sanctiens, et ad acta praesentia, con Vnblem Matthiam Klosinski Cancum Sanctiens tum praesentem de diligentia sua protestata est pro interesse suo, quia instarent dies decimationis frumentorum, neq certum haberet an sequestrum ab Illmo ac Rmo dno dno Epo Crac emanatis ad instam Vnblium dnorum Vicariorum Ecclae Collgtae Sanctiens obtentum, ille in exequutionem deducere velit, et suscipiat, ac ipsas decimas sequestrare colligereq paratus sit, ipso dno Klosinski nihil de eo significare, atq ad petita respondere volente, praeter hoc, quia die Veneris proxa ad eius postulatum aliquid sit responsurus, de quo et de damnis sigmda sequentur iterum atq iterum est protestata. Praesentibus Rndo et Vnblibus Matthia Klosinski Canco, Andrea Lancitiens Vicepraepto, Matthia à Bednari Vicedecano, Matthia à Beyscze Vicar Ecclae Collgtae Sanctiens et Famat Joanne Czebulski Cive Sanctiens. Et me Matthia Borowski public actorumq Offlatus Sandomiens Nono.

Protestatio Vnblium dd Vicariorum Ecclae Collgtae Beatae Mariae Virgin Sanctiens.

Vnbles Andreas Lancitiens Vicepraeptus, Matthias à Bednary Vicedecanus, et Matthias à Beyscze Vicarij Ecclae Collgtae Sanctiens suo, totiusq Comunitatis dd. Vicariorum nomine protestati sunt con Famatam Hedwigim Radoczina Civem Cracovien, quia se et sequestrum Illmi ac Rmi dni dni Petri Tyliczki Dei gra episcopi

Julius 1610

Cracouiensis temere impediat in colligenda et sequestranda decima, ad Rndum dnum Andream Dębienski Cantorem Sandominiensem et ad Cantoriam eius spectans et pertinens. De quo iterum atque iterum sunt protestati. Praesentibus Nobilibus et Famatis Joanne Stawienski, Andrea Pielarski, Joanne Gebulski Ciuis Sandomiriensis testibus. Et me Matthia Borowski pro Actorum officio Sandomiriensi Nono.

Inter Famatum Stanislaum Tarquilinium Consulem et Ciuem Sandomiriensem et uxorem eius.

Famatus Stanislaus Tarquilinius Consul et Ciuis Sandomiriensis proposuit verbo contra Famatam Catherinam uxorem suam citatam et comparentem, quomodo illa non contenta eo, quia in domo sua non recte fungitur officio suo coniugali, distrahit rem familiarem, inebriatur, sed etiam maritum suum calumniis onerat et in vitam machinatur periculum, quod iam tolerat à multis annis ipse Stanislaus. Jam etiam ante non semel venit ad officium cum eiusmodi querela, et obtinuit contra eam Censuras Ecclesiasticas, quas tamen ille in spem meliorationis eius exequi noluit. Nunc tandem videns obstinatum animum uxoris suae in malitia, neque sciens quomodo illius animus peruersus sanari queat. Petijt se ab ea separari, et citationem contra eam edi, vel saltim excommunicatam publicari ante pronunciatam.

In praesentia Famatae Catherinae Tarchalina uxoris dicti Stanislai Tarquilinij satis immodeste etiam coram officio se gerentis, ac debachantis contra maritum suum, accusantisque illum et diffamantis de quadam ancilla, quae in domo sua inseruit, asserens eam adulteram esse.

Replicauit Actor, et negans hoc verum esse, dicendo se habere ancillam ad inseruiendum sibi in licitis et honestis in culinae seruitijs, neque aliter se viuere posse dixit, cum uxor eius sit inutilis ad haec, et inepta, neque vult ferre in domo sua aliquam mulierem, quae inseruiat sibi, et seruitia domestica exequatur, propterea quod se maritum suum fortasse fame necare velit.

Et Rndus dnus Officialis auditis partium propositis et responsis inspecta etiam procacitate, temeritate, et malignitate Catherinae uxoris dni Stanislai, non etiam immemor priorum processuum

et querelarum contra eandem

et querelarum con̄ eand̄ offōse factorum, et excommunicōnis decretæ cōminatus est excommunicōnem con̄ dictam Catherinam publicandam, iam pronunciatam prima iuris post festum Scti Bartholomei si se non emendauerit interim, et melior facta non fuerit. Præsentibus Nobilibus et Famatis Joanne Stawienski, Andrea Piekarski Joanne Czebulski Ciue Sandrierz testibus. Et me Matthia Borowski public Actorq Offlatus Sandrierz Norio.

Veneris XXIIII Julij.

Inter Vnblem Joannem Nouatium Plebanum in Polaniecz et Famatis Martinum Pissarski de ibid.

Famatus Martinus Pissarski Consul et Ciuis Polanecen Actor innitendo prioribus processibus et decretis atq ipsa excommunicatione quæ lata est contra ipsum dnum Nouatium ob non factam restitutionem se in possessionem arendæ Plebanatus in Polaniecz vti spoliatum et expulsum violenter. Petijt ipsum dnum Nouatium citatum et comparentem declarari excōmunicatum.

In præsentia Vnblis Joannis Nouatij Plebani in Polaniecz citati et comparentis, dicentisq gnalia contra, atq petentis se ad compositionem et concordiam ad Rndum dnum Albertum Kochlewski Plebanum in Ossiek cum pfato dno Pissarski remitti, atq interim causam suspendi.

Et Rndus dnus Offlis attento requitate causæ et spolij ac alijs præmissis quæ in processu causæ antecedere debebant, et ob non paritionem decreto suo dnum Nouatium excommunicatum declarauit vti contumacem et inobedientem, ipsam tamen publicationem ob spem concordiæ faciendæ inter partes retineri mandauit hinc ad Dominicam octauam post Pentecostes inclusiue. Præsentibus Vnbli et Nobilibus Matthia à Bednary Vicedecano Ecclæ Collgtæ Sandrierz Joanne Stawienski, Andrea Piekarski, et alijs quam plurimis testibus.

Sabbati XXIIII Julij. Donationis decimæ ingrossatio post pdium Golebicze Pribus Dominic per Rndum Andream Debienski Cantor Sandrz

Julius 1610.

Religiosi Prēs Conuentus Sēcti Jacobi extra muros Sandomirienſ Ordinis Fratrum Predicatorum Cracouienſ Supprior, et Gregorius de Sancta Cruce, Prioris sui ac totius Conuentus nomine, constituti personaliter cor Rēdo dno Joanne Wielicki Decano et Officiali Sandomirienſ et ad dcta presentia, habenter in manu chartam sigillatam cum subscriptione manus Rēdi dni Andreae Debienskij Cantoris Ecclie Collgte Sandomirienſ de actu et data Sandomirię die Septima Augusti Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nono, qua charta de casu quo illa deperiret vel interciperetur, petierunt eam ad dcta Officialatus Sandomirienſ inscribi et Quam Rēdus dnus Officialis ad dcta suscepit et inscribi mandauit. Cuius tenor talis est de verbo ad verbum et sequitur.

Ja xiądz Andrzey Dembinsky Cantor Sandomirskij z kościoła Panney Marie na Piasku. Zdrowiem tym moim pisanim dawam na wol Tymiączny Seszestnij dzieciatky dziecinę z dawam Fabianowem Dominika Swiętego Ord. Frum Predicatorū z Swiętego Jacuba Sandomirskim z na potomne lassa wiecznemi czasy, widząc potrzebę y niedostatek ich, à Sdalasza na Zaskrzepienie kościoła Swiętego Jacuba, dla lepszy wiary y pewnosci, reka się ma podpisuie, y pieczęć przyłożyłem Dat Sandomir die Septima Augusti, Anno Dni Millmo Sexcentmo Nono. Locus sigilli. Andrzey Debynski Cantor Sandomirskij

Mercurij xxviij Julij

Obligatio Vnblicum dd. Vicarior Ecclie Collgte Sandi et Famate Heduigis Radochina Cui. Crac

Vnder Petrus à Wolbor Vicecustos, Matthias à Bednary Vicedecanus et Andreas Turnicki Vicarij Ecclie Collgte Sandrienſ suo, et totius Cōmunitatis dd. Vicarior Ecclę Collgte Sandi nomine, ex una: et Nobilis ac Famata Heduigis Radochina Cuius Crauienſ ex altera partibus, constituti personaliter cor Rēdo dno Joanne Wielicki Decano et Officiali Sandrienſ, et ad dcta presentia, recognouerunt et fassi sunt ex mutuo consensu, nihil sibi neq; iuribus suis preiudicando, quia licet habeant inuicem prefixum sibi terminum ad instam Nobilis ac Famatę Heduigis Radochina Vidue et

doczina Viduae et Ciuis Cracouiens. ex citone pueniente cor. Illmo ac Rmo dno dno Petro Tylicki Dei gra Episcopo Cracouiens. &c. pro feria sexta proxa, nihil ferijs Vindemiarum seu messis obstantibus ad comparend. occone decimae manipularis post agros et araturas praediorum et aliorum agrorum Ciuitatis Sandrien., ad Rndum dnum Andream Lebienski Cantorem Sandrien., et ad Cantoriam Sandrien. spectantium. Pro quo quid termino, si forte ppter aliquam euidentem causam comparere non potuerint, ita ut res in translapsum deuoluatur. Nihilominus se obligant et inscribunt inuicem una cum Famata Hedwigi Radoczina sub poena quadringentorum florenorum pecc. alicui pio loco applicand. et sub Censuris Ecclesiasticis per Rndum dnum Offlem Sandomirien. fulminand. se cor. eod. Illmo ac Rmo dno dno Epo Crac. comparituros à proxima ventura die Veneris hoc est à trigesima die Julij infra duas hebdomadas vgt pro tredecima die Augusti si Juridica fuerit als proxime et immediate sequen. si inter se amicabiliter non conuenerint. Praesentibus Nobilibus ac Famatis Andrea Prandota, Joanne Stawienski, Joanne Czebulski Ciue Sandr. et alijs quam plurimis testibus. Et me Matthia Borowski pucio Actorum Offlatus Sandrien. Notario.

Lunae secunda Augusti

Relo siue recogno Rectoris Scholae de Pniow.

Discretus Lazarus Dilouius Rector Scholae in Pniow constitutus personaliter cor. Rndo dno Offli et ad Acta praesentia fassusq. est et recognouit quia ex parte et ad instam Vnblis dni Adami Augustinij Plebani in Pniow citonem ex Consistorio Sandomirien. emanatis occone perceptionis decimae manipularis in Potok als Stanij con. Vnblem dnum Albertum Chamiecz Plebanum in Potok, cum exequi vellet die vigesima septima mensis Julij in villa Potok in domo Plebanali residentiae dni Alberti Chamiecz solitae, eundq. iam citauerat, et super eadem citone exequonem iam notauerat, postea pdictus dnus Chamiecz dictam citonem sibi rapuit, et conuitiatus est cum minis quibusdam processu irreuerenter suscepto. Ideo praefatus Lazarus Rector Scholae in Pniow de conuitijs, et verbis famosis tum et de raptu ci:

Augustus 1610

tationis) con eundem Plebanum de Pottol. prottus est. Praesentibus Vnblibus Adamo Augustinis in Pniow, et Stephano Curosouic in Zalessany Plebanis et Nobis Joanne Stawienski Andrea Piekarski testibus. Et me Matthia Borowski publice Actorisque Officiatus Sandrienses Notario.

Inter Plebanum de Pniow et Religiosum Albertum à Tarnow Praeptum in Krasnik.

Vnblis Adamus Augustinius Plebanus in Pniow Actor, exhibitis citonis lris con Religiosum Albertum à Tarnow Praepositum in Krasnik et Conuentum eius ltime vt apparebat executis, citatos et comparentes, inhaerendo propositioni suae prioris processus con se facti, quomodo illi vt Anno Dni Millesimo Sexcentesimo nono decimam post agros tam praediales quam Cmetonales in villa sua Rzeczicza ad Parochiam suam in Pniow ex antiquo spectantes et pertinentes violenter perceperint, et in vsum suum conuerterint, in graue damnum et praeiudicium suum, et in diffugium iustitiae praetextu cuiusdam exemptionis, quam vel nullam habent vel per non vsum eam perdiderunt, interposita appellone ad Illmum et Rmum dnum dnum Nuncium Aplicum, non sunt prosequuti, neque volunt prosequi, et ita dictum processum iam penitus deseruerunt, et deserere intendunt. Decimam nihilominus pro se vsurpantes, quae ad Parochiam in Pniow semper spectabat, et nunc pertinet. Petijt itaque dnus Plebanus ex quo nullum ius dnus Praepositus cum suo Conuentu ostendit ad hoc tempus super decimam in Rzeczicza. Ipse vero dnus Plebanus et lris authenticis iam manifeste docuit, et paratus est, se alijs probationibus demonstrare ad suam Parochiam eam pertinere, et non ad dnum Praepositum, et se ac antecessores suos in vsu pacifico fuisse. Petijt itaque dictum

In praesentia Religiosorum Alberti à Tarnow Praepositi in Krasnik et Augustini Zuchowski fris sui, dicentium gnalia con asserentiumque se propter absentiam longinquam Rmi dni dni Nuncij Aplici non potuisse se adhuc prosequi appellationem, neque sibi quidquam obstare ad eam prosequendam

int iur fatalia

intra iuris fatalia, sed quia nunc sint dies Vindemiarum siue mestis ac feriae rusticae, se etiam dixerunt impediri multis alijs causis, quare non possunt prosequi suam actionem in termino praesenti. Et ideo petierunt prorogari terminum ad primam iuris post festum Sancti Bartholomei, saluis iuribus suis, et eorum beneficijs.

Ext Rndus dnus Offlis attenta ratione partis citatae quae non consentit in iurisdictionem propter tempus feriarum. Idcirco differt terminum sub eodem iure ad primam Iuridicam post festum Scti Bartholomei. Praesentibus Nobilibus et Famatis Joanne Stawienski, Andrea Piekarski Stanislao Tarquilinio Ciue Sandrien. Et me Matthia Borowski publico Actorumque Offlatus Sandrien Nono.

Inter Vnbles Adamum Augustinium in Pniow, et Albertum Chamiecz in Pothok Plebanos.

Vnblis Adamus Augustinius Plebanus in Pniow Actor, proposuit verbo con Vnblem Albertum Chamiecz Plebanum in Pothok citum et per discretum Matthiam Bramik Cantorem Scholae in Pothok cum lris priuatis dni Chamiecz comparentis, quomodo ille non contentus anni superioris decima ad Parochiam suam in Pniow spectante, cuius Plebanus semper in vsu fuit, dum dicta Parochia habebat possessorem, etiam anno praesenti eandem rapere, et pro se vsurpare intendit post agros in villa Pothok als Stany, et quia periculum est in mora ferijs mestis non obstantibus petijt causam ad iudicium admitti, et dicta testium in prosequenda causa, et in raptu decimae anni superioris publicari.

Idem petijt ex quo dnus Plebanus de Pothok non residet apud ecclesiam suam, sed hincinde itinera metitur et ibi residet, quo difficilius adiri, et citari ibi possit, Ideo petijt ipsum dnum Plebanum in Pothok, ad constituendum procurem certum Sandomiriae cogi, et locum loci vbi citari debeat vgt valuas ecclae Beatae Mariae Virginis Sandomirien deputari.

Exaduerso discretus Matthias Bramik Cantor Scholae in Pothok, pro parte dni Plebani de Pothok dixit dnum Chamiecz citum pro termino comparere non potuisse ex eo quia infirmior factus est, et quia habeat impedimenta, messis et feriarum rusticarum beneficio etiam gaudere cupit. Ideo petijt nomine dni Plebani sui ipsum à termino liberum pronunciari.

Replicauit Actor petens ipsum à termino nequaquam liberandum esse; cum ipse difficile posthac inueniendus sit cum citatione, sed hoc saltim impensius petijt, vt terminus conseruaretur contra ipsum.

Et Rndus dnus Offlis decreuit quia feriae rusticae tum essent, et partes non consentirent in iurisdictionem, Ideo terminum conseruauit sub eodem vigore iuris, ad primam iuris post festum Scti Bartholomei. Praesentibus Nobilibus et Famatis Joanne Stawienski, Andrea Piekarski, Stanislao Tarquilinio Ciue Sandnierz. Et me Matthia Borowski pnco Actorum Offlatus Sandnierz Nono.

Martis tertia Augusti. Producta ad conseruandum circa Acta ad decisionem causae ex parte Vnblis dni Karass Canci Oppatouiensis

Famatus Alexius Balcouius Nonius Consulis et Ciuis Sandomiriensis constitutus personaliter cor Vnbli dno Petro à Wolborz Vicecustode et Surrogato Offlatus Sandnierz, in absentia Rndi dni Offlis, habens et tenens in manibus certas chartas, quarum in vna continentur certa puncta concordiae inter Vnblem Joannem Karass Canonicum Oppatouiensem et Plebanum in Senna ex vna; et Gnosum Stanislaum Golembiowski ex altera partibus. In altera vo continetur Regestrum seu Inuentarium rerum dni Golembiowski, per dnum Karass acceptarum. Quas petijt ad Acta suscipi, et circa eadem conseruari ad decisionem causae. Et Vnblis dnus Surrogatus suscepit, et Notario seruari

obtulit se

obtulit se eadem [illegible] Praesentibus Nobilibus et discretis Paulo à Tyczin Vicario Ecclesiae Collegiatae Sandomiriensis, Stanislao Czaplinski, et aliis testibus.

Veneris sexta Augusti.

Recognitio siue relatio Vnbilis dni Petri à Wolborz Vicecustodis et Surrogati Officialis Sandomiriensis

Vnbilis dnus Petrus à Wolborz Vicecustos et Surrogatus Officialatus Sandomiriensis, constitutus personaliter coram Rndo dno Joanne Wielicki Decano et Officiali Sandomiriensi, et ad Acta praesentia fassusque est et recognouit quia ad requisitionem Famati Matthiae Zaparth Consulis et Ciuis Sandomiriensis arestum super corpus mortuum Famatis olim Friderici Pelkae Ciuis Sandomiriensis praefatus dnus Surrogatus, in absentia Rndi dni Officialis dedit, occasione cuiusdam debiti asserti praedicti Matthiae Zaparth, quod sic et non aliter esse ad Acta praesentia retulit. Praesentibus Nobilibus et Famatis Joanne Stawienski, Andrea Piekarski, Matthia Pelka Consule et Ciue Sandomiriensis, et aliis quam plurimis testibus. Et me Matthia Borowski publice Actorisque Officialatus Sandomiriensis Notario.

Mercurij XI. Augusti. Roboratio aresti Famatis Heduigis Radocina Ciuis Crac.

Nobilis ac Famatis Heduigis Radocina Ciuis Cracouiensis Actrix, iuxta exigentiam termini hodierni, ex aresto et eius citatione prouenientis, in contumatiam omnium et singulorum ad decimam agrorum praediorum, et aliorum subditorum Ciuitatis Sandomiriensis, et in villa Piotrowicze, ad Rndum dnum Andream Dobienski Cantorem ecclesiae collegiatae Sandomiriensis et ad Cantoriam eius spectantium et pertinentium, produxit litteras aresti pro interesse suo. Saluo tamen iure Sequestri ab Auditorio Illmi dni dni Episcopi Cracouiensis emanatis super decimis Ciuitatis Sandomiriensis Ultime ut apparebat executas, continentes in se vadium trecentorum florenorum pecc. mon. et nuri polonic.

Augustus 1610

loco alicui pio applicandi, et Censuris Ecclesiasticis con oes eos qui presumpserint distrahere dictam decimam. Petijt dictum arestum roborari, et in robore firmo arctoq conseruari.

Et Rndus dnus Offlis in contumatiam oium et singulorum citatorum et non comparentium ultra horam solitam expectatorum presertim Rndi Matthiae Klosinski Cancri Sandomiriensis Sequestratorum dictarum decimarum et Gnosi dni Hermolai Gyeza dictae villae Piotrowicze moderni possessoris, ius vel interesse aliquod ad praedictas decimas praefati Rndi dni Cantoris habentium, dictum arestum in omnibus et singulis clausulis, conditionibus et articulis in Dei nomine approbauit, roborauit, confirmauitq, et in robore firmo arctoq dictum arestum decimarum memoratarum posuit decreto mediante. Praesentibus Vnblibus et Nobilibus Alberto Percouio Plebano Sti Pauli ext muros Matthia à Bednary Vicedecano, Matthia à Beysce Joanne Grodzki Vicarijs ecclae collgtae Sandomiriensis, Joanne Stawienski Andrea Koziebrodzki testibus. Et me Matthia Borowski pucro Actorumq Offlatus Sandomiriensis Notario.

Prorogatio termini inter Vnbles dd. Vicarios ecclae collgtae Sandomiriensis et Nobilem Heduigim Radocina viduam et Ciu Crac.

Vnbles Matthias à Bednary Vicedecanus, Matthias à Beysce Vicar ecclae collgtae Sandomiriensis suo, ac totius communitatis dd. Vicariorum nomine ex vna; et Nobilis Heduigis Radocina Ciuis Cracouiensis ex altera partibus constituti personaliter cor. Rndo dno Joanne Wielicki Decano et Offli Sandomiriensis et ad Acta praesentia fassi sunt et recognouerunt, quia licet inter se habuerint constitutum, et se ad eadem Acta inscripserint, quod omnino debuerant comparere cor. Illmo ac Rmo dno dno Petro Tylicki Dei gra Episcopo Cracouiensi pro feria sexta proxima in termino ex citone sibi prouenien, et propter certam causam inter se ad alium diem dilato. Quia tamen et nunc noua causa interueniat quare pro eodem termino comparere non possint

partes

partes. Fama etiam est quod Illmus dnus dnus Episcopus Cracouiensis alio paret iter, et ita incertum sit ubi futura sit sua Illma Prnitas cum curia sua pro termino pendenti. Ideo ex consensu mutuo iterum prorogant quantum de iure est terminum sibi, et obligant sese sub ijsdem iuris conditionibus, ut in priori obligatione factum est, et sub censuris ecclesiasticis, se proferre terminum ad comparendum coram sua Rma Prnitate ad feriam sextam proximam post festum Assumptionis Beatae Mariae Virginis, siue pro vigesima die mensis Augusti, Nihil derogantes utrinque iuribus suis. Praesentibus Nobilibus Joanne Stawienski, Andrea Kosiebrocki testibus. Et me Matthia Borowski publice Actorumque Officialatus Sandomiriensis Notario.

Prouisio Honorarii Alberti Dorasz Cleric

Vnbtis Albertus Percouius Plebanus Sancti Pauli extra muros Sandomiriensis constitutus personaliter coram Rndo dno Joanne Wielicki Decano et Officiali Sandomiriensis et ad Acta praesentia fassus est et recognouit se suscipere in prouisionem suam Honorarii Albertum Joannis Dorasz Cleric in minoribus ordinibus constitutum absentem tanquam praesentem ad Vicariatum Parochiae suae Sancti Pauli. De quo ita testificatur quia sit iuuenis modestus, et in lris non male versatus, studuit enim per annos aliquot Cracouiae, et studet adhuc, neque creditur in ecclesia Dei futurus inutilis sacerdos. Prouisionem habebit salarij nomine per quinque florenos in singulos quadrantes anni ultra questus alios ecclesiae. Quem petit ad sacros ordines maiores admitti, et de illius qualitatibus uti retulit testimonium officiose sibi dari et extradi. Quod Rndus dnus Officialis facile concessit. Praesentibus Nobilibus Joanne Stawienski Andrea Kosiebrocki et alijs quam plurimis testibus. Et me Matthia Borowski publice Actorumque Officialatus Sandomiriensis Notario.

Jouis XII Augusti. Ingrossatio Priuilegij ecclesiae Parochialis in villa Gawlusowicze.

Augusti 1610.

Vnbtis dnus Gabriel Zaleski Plebanus in Gawluszowicze constitutus persnlr cor Rndo dno Joanne Wielicki Decano et Offli Sandominien et ad Acta praentia, habens et tenens in manu lras pargameneas erectionis ecclesiae Parochialis in villa Gawluszowicze sub titulo et sigillo Gnosi dni Cristini de Obichow et alibi haeredi de actu et data in villa Kliszow ipso festo Scti Gregorij Confessoris Anno Domini Millesimo Ducentesimo decimoquinto, quas petijt ne aliquo casu fortuito depereat aut vetustate consumantur ad Acta Offlatus Sandrien inscribi et ingrossari.

Quod Rndus dnus Offlis Sandrien vti iusta petenti facile concessit. Praesentibus Nobilibus Joanne Stawienski, Andrea Koziebrocki, Andrea Piekarski et alijs quam plurimis testibus. Et me Matthia Borowski pnco Actorum Offlatus Sandrien Nono. Cuius priuilegij seu erectionis tenor est de verbo ad verbum vt sequitur. talis

In nomine Dni Amen. Quamuis rerum temporalium status clarus aridu apparet et serenus, qui tamen per prolixitatem temporis sepius à memoria humana dilabi consueuit: Necesse est vt lrarum apicibus cum annotatione testium comendetur notitie futurorum. Huic est. Quod nos Christinus de Obichow haeres ex consensu nro et libero arbitrio accensus diuino amore timens Dei iudicium exns sanus mente et corpore dotauimus et donauimus, appropriauimus et appropriamus, et priuilegiamus, et incorporamus seu incorporauimus de nris bonis haerrijs, seu haereditatibus infrascriptis fundate ecclae in Gawluszowicze speciarum Deo Omnipotenti, et Beatae Marie Virgini et ad honor Beati Adalberti, Et attribuimus eidem ecclesiae decimam in Gawluszowicze post araturam nram cum Jutrzini. Decimam in Kliszow post araturam nram cum Jutrzini. Decimam in Dziewiatle post totam villam. Decimam in Zdakow post araturam nram cum Jutrzini. Decimam in Sczukomloty post araturam nram cum Jutrziny. Decimam in Brzescze post araturam nram cum Jutrziny. Damus etiam eidem ecclesiae tabernam in rippa Wislocze cum horto adiacenti penes Wislo:

kam Obstac

kam. Obstaculum in fluuio dicto Bren. Lacum Alsan cum ambabus rippis incipiens à Rogozno vsq; ad fluuium Wisloka, Lacum Nieczie: cza cum pratis agris, qui ibi sunt, et fieri possunt cum tota silua dicta Zawierzb cum mellicijs nil pro nobis seruan et nris successoribus, inci piens à noua Nieczieczа vsq; ad campum in villa eundo. Campum post Alsan tangens siue viam tendentem in Nieczeczki ibid cum prato post Alsan vsq; ad granicies villę klissow, incipien à Alsan et campum vel pratum circa viam quae vadit de Gawlussowicze in klissow. Etiam damus Rectoribus eid ecclesiae oem liberta: tem pascendi, ligna secandi p oium necessitate, ita tn quod nos et nri successores, et alij quicunq in ipsis haereditatibus ara: turas habebunt non tenebuntur alicui alteri quam ips ecclesiae Rectori, qui pro tempore fuerit quouismo assignare, et oia suprascripta perpetuo id Rector habebit possidens. Vt autem id Rector ecclae predictae eo deuotius pro salute nra et pro: genitorum nrorum valeat Deum exorare, vt aut haec dotatio nra robur obtineat perpetuae firmitatis praesentibus nrum sigil: lum iussimus appendi. Actum et Datum in klissow in domo nra ipso die Sancti Gregorij Confessoris Anno Dni Millesimo Ducentesimo decimoquinto, Praesentibus his testibus Stre: nuo milite Zyra vexillifero de Kathow, Jaroslao heredi de Bieganow, Kanimiro de Woyslawicze, et Hnbli viro dno Sigismundo Plebano de Koneczno, et discreto dno Jacobo Ple: bano de Szczekocziny, et alijs fide dignis quam pluribus ad premissa vocatis.

Iouis XIX Augusti. Constitutio Procuris Rndi dni Plebani de Ossiek.

Rndus dnus Albertus Kochlewski Plebanus Ossiecen principalis constitutus personaliter cor dno, et ad Acta praesentia. Omnibus meli: oribus iure, modo, via, forma, et stylo quibus melius et efficatius de iure potuit ac debuit, fecit, constituit et solln ordinauit in suum procurem, negotiorumq suorum gestorem Nobilem Alber: tum Bolkowski absentem tanquam praesentem ad comparendum cor Rndis dnis Hieronymo Reczaiski Archidiacono, Joanne Zeizinski Canco Cracouien Judicibus Commissarijs per Rmum

Augusti 1610

dnum dnum, Albertum Baranowski Dei gra Archiepum Gnesnien Legatum natum, et Regni Poloniae Primatem datis et speciatr deputatis, ac alio quocunq iudice ad infrascripta potestatem haben et hoc in causa inter Rndum Joannem Foxium Cancum Crac Administratorem Abbatiae Monasterij Andrzeiovien et illius Conventum actor ex vna; et praefatum dnum Plebanum Ossjecen citum ex altera partibus occone raptus decimae manipularis anno proxe praeterito post agros Niechieczka dictos, seu receptionis medietatis sementorum (vt pars actorea asserit) ex aceruo in villa Przekop verten et motta; tum ad prosequend et fine debito causam appellonis terminand, oes ternos Judiciarios, liti et causae necessarios obseruan et attentan, obseruariq et attentari viden, sententias tam interloquorias, quam deffinitiuas peten et audien, ab eis si opus fuerit prouocan et appellan, aplos peten et obtinen, sententias debite exequoni demandari, expensas taxari delato sibi iuramento, super eisd peten et audien. Aliaq oia et singula ad praemissa necessaria et opportuna facien, dicen, geren, exercen et procuran cum potestate alium procurem loco sui substituen. Cum clausulis ratihabitionis releuonis ac alijs orbus in forma plenissima mandati. Praesentibus tunc Nobilibus Martino Pissarski, Joanne Kozienski, Joanne Stawienski et alijs plurimis testibus Meq Joanne Sebestianid Actus praentis Nono.

Mercurij XXV. Augusti.

Publicatio testium dict per Plebanum de Pniow in cad decimae in Stany inducti decreti

Vnblis Adamus Augustinus Plebanus in Pniow Actor con Vnblem Albertum Chamiecz Plebanum in Potok citum principalem, ac per puerum et lras priuatas se excusantem, quod propter inualetudinem suam per se comparere non potuit in termino, proposuit verbo, praemissa protestone de raptu citonis, quomodo iamdiu intentasset actionem praefato citato sup decima in Stany villae Potok, quam vt ad finem debitum deduceret aliquando

et finiret

et finiret, progrediendo ulterius, petijt depositiones siue dicta testium in eadem causa inductorum publicari.

Ex aduerso Famatus Joannes Czebulski Ciuis Sandrienses procurator Vnblis Alberti Chamiecz Plebani in Potsok, prout docuit lrs priuatis de mandato procuratoris sue dicens gratia, contra et protestans nomine principalis sui, vti ante factum est de excipiendo contra testes, et dicta testium, et petens copias.

Et Rndus dnus Offlis annuendo petitioni actoris, nulla ratione in contrarium obstante, publicauit dicta testium, et ea extradi aduersae parti mandauit. Praesentibus Religiosis Vnbli et Nobilibus Alberto à Tarnow Praeposito, Augustino Zuchowski Canonico Regulari de Krasnik Matthia à Bednary Vicedecano ecclae collegiatae Sandrien Joanne Stawienski, Andrea Piekarski, et alijs quam plurimis testibus. Et me Matthia Borowski pucio actorum Offlatus Sandrien Notario.

Inter Vnbles dnos Adamum Karaboth in Targowisko, et Albertum Chamiecz in Potsok Plebanos

Vnblis Adamus Karaboth Plebanus in Targowisko Actor proposuit verbo, quomodo Vnblis Albertus Chamiecz Plebanus in Potsok dum esset executor testamenti olim Vnblis Nicolai Plebani in Targowisko, et immediati antecessoris sui, et disponeret de rebus praefati vita defuncti, etiam calicem ex argento inauratum, qui erat ecclae Parochialis in Targowisko distraxit et ab ecclae alienauit in scandalum populi, et detrimentum ecclae suae.

Idem dixit causam eiusmodi propositam fuisse in visitatione coram Rndo dno Petro Sluedzinski Archidiacono Zawichostensi et decretum fuisse quod omnino debuit restitui calix memoratus, vel eius aestimatio iusta reponi.

Idem produxit lras priuatas manu subsptas dni Chamiecz in quibus promittit pecuniam se daturum pro calice, nihil tamen horum omnium adhuc praestitit dnus Chamiecz in graue praeiudicium Ecclae in qua praeter vnicum calix alius non habetur. Petijt itaque ipsum dnum Chamiecz ad dandum calicem acceptum, vel nouum similem comparandum condemnari.

In praesentia Famati Joannis Czebulski Ciuis Sandrienses procuris

dni Chamiecz, prout de eius mandato lris priuatis docuit prius negantis narrata, gnalia con dicendo, petentisq dillonem sibi dari ad quindenam ex eo, quia in ea causa instructus vel informatus penitus non sit.

Et Rndus dnus Offlis dillationem ad respondend feriam secundam pximam ante festum Natiuitatis Beatę Marię Virginis concessit. Praesentibus Religiosis, Vnlli, et Nobilibus Alberto à Tarnow Praeposito, Augustino Zuchowski Canonic Regularis de Krasznik, Matthia à Bednary Vicedecano eccle collegiat Sandrierz, Joanne Stawienski, Andrea Piekarski et alijs quam plurimis testibus: Et me Matthia Borowski public Actorisq Offlatus Sandrierz Nono.

Inter Religiosos Albertum à Tarnow Praepositum in Krasznik, et V. Plebanu de Pniow.

Vnllis Adamus Augustinius Plebanus in Pniow Actor, accusata contumatia Religiosi Alberti à Tarnow Praepositi cum Conuentu suo Cancorum Regularium Ordinis Sti Augustini de Krasznik, et innitendo prioribus ppositionibus suis ad se vcit et ecclesiam suam in Pniow pertinere decimam in villa Rzegicza Plebanalli, cuius ipse in vsu, et antecessores illius fuerunt, dum erant possessores Parochiae in Pniow iuxta priuilegium suum, quod in prioribus terminis ostendit. Quam decimam dnus Praeptus cum suo Conuentu in anno Millesimo Sexcentesimo nono violenter pcepit et p se vsurpauit.

Idem produxit chartam papyream manu Religiosi ac Vnllis Pris Alberti à Tarnow Praepositi Crasnicen subsptam et sigillo eius communitam, qua docuit ipsum dnum Praeptum secum contractum fecisse super dicta illius anni decima eamq emisse dnum Praeptum florenis viginti, atq emptionis eius aram als Zadatek floren quatuor persoluisse, reliquum verò pecunię pmisisse se et distulisse in aliud tempus soluendum, quod non soluit adhuc, neq soluere vult in praeiudicium suum, et ecclesiae suę. Petijt itaq sibi dictam decimam adiudicari, ipsum verò Praeptum et Conuentum eius nihil iuris in eam habere decerni, maximè verò petijt sedecim florenos ad soluendum sibi cogi.

p decima

pro decima anni proxime praeteriti, cuius partem vzt florenos quatuor iam numerauit, et solutionem cepit dnus Praepositus.

In praesentia Religiosorum Alberti à Tarnow Praepositi, et Augustini Zuchowski fris Conuentus de Krasnik citatorum et comparentium, negantiumque decimam in Rzeczicza Plebanali vllo modo ad Parochiam in Pniow pertinere, cum ipse Plebanus in Pniow non administret Sacramenta in villa Rzeczicza, nec aliqua ministeria exhibeat populo, sed eam villam in Parochia Oppidi Krasnik esse sitam, et Praeptum cum suo Conuentu in ea administrare Sacramenta, et alia seruitia Spiritualia populo illi praebere.

Idem produxerunt iura quaedam ex decretis Canonicis quibus docere voluerunt, Spirituales, Plebanos non subiacere huic oneri, vt alicui alteri ex bonis suis in quibus administrant Sacramenta praebeant decimas alienae ecclesiae Rectori.

Idem produxerunt chartam pargamenaeam sine sigillo quidem et titulo sufficienti emanatam, esse tamen quaedam signa auulsi sigilli et penditi, nomine tamen Magnifici dni Joannis Rapstinski de Thenczin et haeredum in Krasnik in vim supplicationis scriptam, et oblatam Rmo dno dno cuidam Joanni Episcopo Cracouiensi de actu et data proxima feria quarta post festum Sctae Zophiae anno ab incarnatione Dni Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo octauo, quae continet petitionem et rationes conuertendae et fundandae ecclesiae Parochialis in Krasnik propter augendum cultum diuinum, in Conuentualem Ordinis Scti Augustini, qua charta docere contendunt ex illo loco vbi recensentur et describuntur dotis Conuentus fundandi prouentus, vzt villa Rzeczicza, decimae, piscinae, et aliae obuentiones, vnde colligunt, decimam non aliam intelligi debere, nisi eam quae est in villa sua Rzeczicza, et in Oppido Krasnik, cum nullas alias decimas percipere se asserant praeter illas.

Idem produxerunt aliam chartam papyream, quae videtur esse copia, et exemplum originalium litterarum sub titulo cuiusdam Joannis Abbatis de Coprziwnicza, et Commissarij per SSmum D. N. D. Innocentium Papam Octauum, ad confirmandam fundationem Conuentus Scti Augustini in Krasnik, quae continet

Augustus 1610

et Comissionem ipsam et erectionem Rmi dni dni Joannis Episcopi Cracouiensis, et petitionem erectionis Magci dni Joannis Rapstinski de Thenczin, et in Krassnik haeredis ac patroni ecclae, atque confirmationem Rndi dni Abbatis Coprziwnicensis dictae fundationis Conuentus memorati, in quo actu praesertim in prouentuum enumeratione ecclae Conuentualis praefatae mentionem fieri decimarum unde probare volunt decimam intelligi debere non aliam nisi quae est in Rzeczicza, et in agris Oppidi Krassnik.

Iidem fres Conuentus Crasniciensis dixerunt se semper in usu pacifico, et antecessores suos fuisse dictae decimae. Porro quod asserit dnus Plebanus de Pniow contractum fecisse cum Religioso Pre Praeposito Conuentus sui Alberto à Tarnow de decima soluenda florenis viginti, et aram iam accepisse quatuor florenos, id allegari non meretur cum sit factum hoc errore, neque dnus Praeptus est authoritatis eius, ut ille possit contractus aliquos facere sine sui Capituli seu Conuentus consensu.

Item dixerunt non etiam posse allegari recte, quia Pomarzanski quidam, in Monasterium intrusus Praepositus, quod eandem decimam ille soluerit aliquando Plebano in Pniow, cum id etiam errore factum sit, si factum est.

Idem Praepositus dixit cum suis fribus se alia iura multa habere, quibus pbare parati sunt dictam decimam non ad Ecclesiam Parochialem in Pniow, sed ad Conuentum ecclesiae Conuentualis in Krassnik spectare, et spectasse semper.

Et Rndus dnus Offlis auditis allegationibus utriusque partis, ac visis productis hincinde, in causa tam magna, et praeiudiciosa, ad ponderandum iura oia, et pducendum si quae partes adhuc haberent dillationem concessit termini ad diem Lunae proximam ante festum Natiuitatis Beatae Mariae Virginis. Praesentibus Vnbli et Nobilibus Matthia à Bednary Vicedecano ecclae collgtae Sandnierss Joanne Stawienski, Andrea Piekarski, et aliis quam plurimis testibus. Et me Matthia Borowski pucio Actorque Offlatus Sandnierss Norio.

Lunæ XXX Augusti. Obligatio Hnblis Gregorij Stanczik de Brzozowa Vicarij in Goray.

Hnblis Gregorius Stanczik de Brzozowa Vicarius in Goray, constitutus personaliter coram Rndo dno Joanne Wielicki Decano et Offli Sandrienſ, et ad Acta præsentia, fassusq est et recognouit se teneri et debere certi et liquidi debiti Famatæ Heduigi vxori ltimæ Famati Petri Drzewo Muratoris et Ciuis Leopolienſ florenos quinquaginta pecc mon et nuri polonic, quam pecuniam se eidem obligat et inscribit abhinc ante festu Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis proxe ventur soluturſ sub Censuris Ecclesiasticis, et sub vadio similis summæ. Idem recognouit quia se submittit occone præfati debiti coram quocunq Iudice Spuali in defectu non solutionis iure ager si voluerit præfata Heduigis sub eisdem pœnis. Abrenunciando omnibus dillationibus, appellonibus exceptionibus, et alijs beneficijs iuris. Præsentibus Nobilibus Joanne Stawienski, Thoma Raieczki, Andrea Piekarski, et alijs quam plurimis testibus. Et me Matthia Borowski public Actorisq Offlatus Sandrienſ Nario.

Obligatio eiusdem Vicarij de Goraÿ.

